sis, de dolo malo tamen teneberis; et ita Sabino placet.

caución de pagarse lo juzgado, aunque hayas sido absuelto, quedarás, sin embargo, obligado por dolo malo; y así parece bien á Sabino.

**40.** [**41.**] Furius Anthianus (1) *libro I. ad Edictum.*—Is, qui decepit aliquem, ut hereditatem non idoneam adiret, de dolo tenebitur, nisi fortasse ipse creditor erat, et solus erat; tunc enim sufficit contra eum doli mali exceptio.

**40.** [**41.**] Furio Anthiano; *Comentarios al Edicto, libro I.*—El que engañó á alguno para que adiese una herencia no solvente, estará obligado por la acción de dolo, á no ser que acaso él fuera acreedor, y el único; porque entonces basta contra él la excepción de dolo malo.

## TIT. IV.

### DE MINORIBUS VIGINTIQUINQUE ANNIS

*[Cf. Cod. II. 21 (22)—45 (46).]*

## TÍTULO IV

### DE LOS MENORES DE VEINTICINCO AÑOS

*[Véase Cód. II. 21 (22)—45 (46).]*

**1.** Ulpianus (2) *libro XI. ad Edictum.*—Hoc Edictum Praetor naturalem aequitatem secutus proposuit, quo tutelam minorum suscepit; nam quum inter omnes constet, fragile esse et infirmum huiusmodi aetatum consilium, et multis captionibus suppositum, multorum insidiis expositum, auxilium iis Praetor hoc Edicto pollicitus est et adversus captiones opitulationem.

§ 1.—Praetor edicit: Quod cum minore, quam (3) vigintiquinque annis (4) natu gestum esse dicetur, uti quaeque (5) res erit, animadvertam.

§ 2.—Apparet minoribus annis vigintiquinque eum opem polliceri; nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat.

§ 3.—Et ideo hodie in hanc usque aetatem adolescentes curatorum auxilio reguntur; nec ante rei suae administratio iis committi debebit, quamvis bene rem suam gerentibus.

**1.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XI.*—Siguiendo el Pretor la equidad natural propuso este Edicto, en el que tomó á su cargo la protección de los menores; porque constando á todos que es fragil y debil el juicio de los de esta edad, y que está sujeto á muchos engaños, y expuesto á las asechanzas de muchos, el Pretor en este Edicto les prometió auxilio á ellos y protección contra los engaños.

§ 1.—Dice el Pretor en su Edicto: «Conoceré, »según cada caso lo exigiere, sobre lo que se di»jese haberse hecho con un menor de veinticinco »años de edad.»

§ 2.—Aparece que promete auxilio á los menores de veinticinco años; porque despues de este tiempo es sabido que se completa el vigor viril.

§ 3.—Y por esto hoy se gobiernan hasta esa edad los adolescentes con el auxilio de curadores; y antes no deberá confiárseles la administración de sus bienes, aunque manejen bien su hacienda.

**2.** Idem *libro XIX.* (6) *ad legem Iuliam et Papiam.*—Nec per liberos suos rem suam maturius a curatoribus recipiat. Quod enim legibus cavetur, ut singuli anni per singulos liberos (7) demittantur, ad honores pertinere Divus Severus ait, non ad rem suam recipiendam.

**2.** El mismo; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro XIX.*—Ni aun por razón de sus hijos reciba de sus curadores antes de tiempo sus propios bienes. Porque lo que se dispone en las leyes, de que se dispense un año por cada hijo, dice el Divino Severo que se refiere á los honores, no á la recepción de sus propios bienes.

**3.** Idem *libro XI. ad Edictum.*—Denique Divus Severus et Imperator noster huiusmodi Consulum vel Praesidum decreta quasi ambitiosa esse interpretati sunt; ipsi autem perraro minoribus rerum suarum administrationem extra ordinem indulserunt; et eodem iure utimur.

§ 1.—Si quis cum minore contraxerit, et contractus inciderit in tempus, quo maior efficitur, utrum initium spectamus, an finem? Et placet, ut est et constitutum, si quis maior factus comprobaverit, quod minor gesserat, restitutionem cessare. Unde illud non ineleganter Celsus Epistolarum libro undecimo et Digestorum secundo tractat, ex facto a Flavio (8) Respecto Praetore consultus: Minor annis vigintiquinque, annos forte vigintiquatuor agens, iudicium tutelae heredi tutoris dictaverat; mox factum, ut non finito iudicio, iam eo maiore effecto vigintiquinque annis, tutoris heres absolutus proponeretur; in integrum restitutio desiderabatur. Celsus igitur

**3.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XI.*—Finalmente, el Divino Severo y nuestro Emperador declararon como inoportunos tales decretos de los Cónsules ó de los Presidentes; y aun ellos mismos concedieron rarísimas veces á los menores la administración de sus bienes fuera de lo ordinario; y de este mismo derecho usamos.

§ 1.—Si alguien hubiere contratado con un menor, y el contrato hubiere alcanzado al tiempo en que se hace mayor ¿atendemos al principio, ó al fin? Y parece bien, según también se halla establecido, que si hecho uno mayor de edad hubiere aprobado lo que siendo menor había hecho, dejaba de tener lugar la restitución. De donde lo que no sin discreción expone Celso en el libro undécimo de sus Epistolas y en el segundo de su Digesto, consultado por el Pretor Flavio Respecto sobre este hecho: Un menor de veinticinco años, teniendo acaso veinticuatro, había promovido el juicio de tutela al heredero de su tutor; alegábase después el hecho de que, no concluido el litigio

(1) «Anthinus», *Hal.*
(2) *Así por conjetura Fl.;* Tryphon., *otros, según Br.*
(3) quam, *omítela Vulg.*
(4) annorum, *Hal.*
(5) uti quae ea res erit, *Hal.*

(6) XVIII., *Hal.*
(7) permittantur, *según otra lectura del márgen interior del códice Fl.*
(8) Fulvio, *Hal.*

Respecto suasit, non facile hunc quondam minorem in integrum restitui, sed si ei probaretur, calliditate adversarii id actum, ut maiore eo facto liberaretur. Neque enim extremo, inquit, iudicii die videtur solum deceptus hic minor, sed totum hoc structum (1), ut maiore eo facto liberaretur. Idem tamen confitetur, si levior sit suspicio adversarii quasi dolose versati, non debere hunc in integrum restitui.

y llegado ya á ser aquel mayor de veinticinco años, fué absuelto el heredero del tutor; solicitábase la restitución por entero. Celso, pues, aconsejó á Respecto, que no se restituyera facilmente por entero á este que antes fué menor, sino si á él se le probase que se había hecho aquello con engaño del adversario, para que quedase libre de la obligación luego que aquel se hubiere hecho mayor. Pues dice que parece que este menor no fué engañado solamente en el último día del pleito, sino que todo esto fué tramado con el objeto de que el otro quedase libre de la obligación después que él se hubiere hecho mayor. Mas también confiesa el mismo, que si fuese leve la sospecha de que el adversario procedió con dolo, no debe ser aquel restituido por entero.

§ 2.—Scio etiam illud aliquando incidisse: Minor vigintiquinque annis miscuerat se paternae hereditati, maiorque factus exegerat aliquid a debitoribus paternis; mox desiderabat restitui in integrum, quo magis abstineret paterna hereditate; contradicebatur ei, quasi maior factus comprobasset, quod minori sibi placuit; putavimus tamen restituendum in integrum, initio inspecto. Idem puto, et si alienam adiit hereditatem.

§ 2.—Sé que también algunas veces ha ocurrido esto: Un menor de venticinco años se había inmiscuido en la herencia paterna, y llegado á ser mayor había reclamado algo de los deudores de su padre; después pretendía la restitución por entero, para mejor abstenerse de la herencia paterna; contradeciasele, como si hecho mayor hubiese aprobado lo que le pareció bien siendo menor; mas juzgamos que debía ser restituido por entero, atendiéndose al principio de los hechos. Lo mismo opino también si adió la herencia de un extraño.

§ 3.— «Minorem autem vigintiquinque annis natu» videndum, an etiam diem natalis sui adhuc dicimus ante horam, qua natus est, ut, si captus sit, restituatur; et quum nondum compleverit (2), ita erit dicendum, ut a momento in momentum tempus spectetur. Proinde et si bissexto natus est, sive priore, sive posteriore die, Celsus scripsit, nihil referre; nam id biduum pro uno die habetur, et posterior dies Kalendarum intercalatur.

§ 3.—Mas ha de verse si también llamamos «menor de veinticinco años de edad» á uno todavía el día de su natalicio, antes de la hora en que nació, de suerte que, si hubiere sido engañado, sea restituido; y no habiéndolos aun cumplido, así se habrá de decir, de modo que se considere el tiempo de momento á momento. Y por consiguiente, si nació en el día bisiesto, escribió Celso que nada importa que fuese ó en el día primero ó en el segundo; porque este espacio de dos días se cuenta por un solo día, y se intercala el día posterior de las Calendas.

§ 4.—Sed utrum solis patribus familiarum, an etiam filiisfamiliarum succurri debeat, videndum. Movet dubitationem, quod, si quis dixerit etiam filiisfamiliarum in re peculiari subveniendum, efficiet, ut per eos etiam maioribus subveniatur, id est patribus eorum. Quod nequaquam fuit Praetori propositum; Praetor enim minoribus auxilium promisit, non maioribus. Ego autem verissimam arbitror sententiam existimantium, filiumfamilias minorem (3) annis in integrum restitui posse ex his solis causis, quae ipsius intersint, puta si sit obligatus. Proinde si iussu patris obligatus sit, pater utique poterit in solidum conveniri, filius autem, quum et ipse possit vel in potestate manens conveniri, vel etiam emancipatus vel exheredatus, in id, quod facere potest, et quidem in potestate manens etiam invito patre ex condemnatione conveniri, auxilium impetrare debebit, si ipse conveniatur. Sed an hoc auxilium patri quoque prosit, ut solet interdum fideiussori eius prodesse, videamus; et non puto profuturum. Si igitur filius conveniatur, postulet auxilium; si patrem conveniat creditor, auxilium cessat, excepta mutui datione; in hanc enim, si (4) iussu patris mutuam pecuniam accepit, non adiuvatur. Proinde et si sine iussu patris contraxit et captus est, siquidem pater de pecu-

§ 4.—Pero también se ha de ver si se debe auxiliar solamente á los padres de familia, ó también á los hijos de familia. Motiva esta duda el que, si alguno dijere que se ha de auxiliar también á los hijos de familia en los bienes de su peculio, resultará que por medio de ellos se favorezca también á los mayores, esto es, á sus padres. Cuyo propósito en manera ninguna tuvo el Pretor; porque el Pretor prometió auxilio á los menores, no á los mayores. Mas yo tengo por muy verdadero el parecer de los que opinan que el hijo de familia menor de veinticinco años puede ser restituido por el todo por solas aquellas causas que á él mismo le interesen, por ejemplo, si se hubiere obligado. Por lo tanto, si se hubiere obligado por mandato de su padre, podrá ciertamente el padre ser demandado por el todo; pero el hijo, como también él pueda ser demandado, ó permaneciendo bajo su potestad, ó aun emancipado ó desheredado, por cuanto puede satisfacer, y hallándose bajo potestad pueda ciertamente ser demandado aun contra la voluntad de su padre por virtud de una condena, deberá impetrar el auxilio, si él mismo fuere demandado. Pero veamos si este auxilio aproveche también á su padre, como suele á veces aprovechar á su fiador; y no creo que le haya de aprovechar. Si, pues, fuera demandado el hijo,

(1) obstructum, (*omitiendo* hoc), *Hal.*
(2) «minore quam viginti quinque annorum natu». Videndum est, an etiam diem natalis sui ad hoc ducimus: an horam, in qua natus est, ut si captus sit, cum nondum compleverit, restituatur, et ita, *Hal.*
(3) XXV., *inserta la Vulg.*
(4) filius, *inserta la Vulg.*

lio conveniatur, filius non erit restituendus; si filius conveniatur, poterit restitui. Nec eo movemur, quasi intersit filii peculium habere; magis enim patris, quam filii interest, licet aliquo casu ad filium peculium spectet, utputa si patris eius bona a fisco propter debitum occupata sunt; nam peculium ei ex Constitutione (1) Claudii separatur.

reclame el auxilio; si el acreedor demandase al padre, cesa el auxilio, excepto en la dación de un mútuo; porque en esta, si recibió prestado el dinero por mandato del padre, no es auxiliado. Y por consiguiente, si contrató sin mandato del padre, y fué engañado, si es que el padre sea demandado por el peculio, no habrá de ser restituido el hijo; si el hijo fuera demandado, podrá ser restituido. Y no nos movemos á esto porque interese al hijo tener peculio; pues más interesa al padre que al hijo, aunque en algún caso pertenezca el peculio al hijo, como, por ejemplo, si los bienes de su padre fueron ocupados por el fisco por una deuda; porque en virtud de la Constitución de Claudio se separa para él el peculio.

§ 5.—Ergo etiam filiamfamilias in dote captam, dum patri consentit stipulanti dotem non statim, quam dedit, vel adhibenti aliquem, qui dotem stipularetur, puto restituendam, quoniam dos ipsius filiae proprium patrimonium est.

§ 5.—En su consecuencia, opino que debe ser restituida también la hija de familia engañada en la dote, cuando convino con el padre al estipular éste sobre la dote no en el instante en que la dió, ó al designar á alguien que estipulase sobre ella, porque la dote es patrimonio propio de la misma hija.

§ 6.—Si quis minor vigintiquinque annis arrogandum se dedit, et in ipsa arrogatione se circumventum dicat,—finge enim a praedone eum hominem locupletem arrogatum—, dico debere eum audiri in integrum se restituentem.

§ 6.—Si algún menor de veinticinco años se dió en arrogación, y dijera que fué engañado en la misma arrogación,—supón, pues, que siendo él un hombre rico fué arrogado por un ladrón—, digo que debe ser oido al pedir la restitución por entero.

§ 7.—Si quid minori fuerit filiofamilias legatum post mortem patris, vel fideicomissum relictum, et captus est, forte dum consentit patri paciscenti, ne legatum peteretur, potest dici, in integrum restituendum, quoniam ipsius interest propter spem legati, quod ei post mortem patris competit. Sed et si ei legatum sit aliquid, quod personae eius cohaeret, puta ius militiae, dicendum est, posse eum restitui in integrum; interfuit enim eius non capi, quum hanc patri non acquireret, sed ipse haberet.

§ 7.—Si á un menor, hijo de familia, se hubiere legado alguna cosa para después de la muerte de su padre, ó se le hubiere dejado un fideicomiso, y fué engañado, acaso conviniendo con su padre al pactar éste que no se pediría el legado, se puede decir que debe ser restituido por el todo, porque á él mismo le interesa por la esperanza del legado, que le compete después de la muerte de su padre. Pero también si se le hubiere legado alguna cosa, que respecte á su persona, por ejemplo, el derecho de milicia, se ha de decir, que puede él ser restituido por entero; porque á él le importó no ser engañado, como quiera que aquella no la adquiriese para el padre, sino que él mismo la tuviera.

§ 8.—Et si heres sit institutus, si a patre in diebus centum sit emancipatus, mox patrem debuerit certiorare, nec fecerit, quum posset (2), qui eum emancipasset, si cognovisset; dicendum erit, posse eum restitui in integrum, parato patre eum emancipare.

§ 8.—Y si hubiere sido instituido heredero, si fuera emancipado por su padre dentro de cien días, y después hubiere debido hacer sabedor de ello al padre, y, pudiendo, no lo hubiere hecho, el cual lo hubiera emancipado si lo hubiese sabido; se habrá de decir que puede ser restituido por el todo, habiendo estado el padre dispuesto á emanciparle.

§ 9.—Pomponius adiicit, ex his causis, ex quibus in re peculiari filiifamilias restituuntur, posse et patrem, quasi heredem, nomine filii post obitum eius impetrare cognitionem.

§ 9.—Añade Pomponio, que por aquellas causas por las que son restituidos los hijos de familia en los bienes del peculio, puede también el padre, como heredero, impetrar á nombre del hijo, después de la muerte de éste, que se conozca del asunto.

§ 10.—Si autem filiusfamilias sit, qui castrense peculium habeat, procul dubio ex his, quae ad castrense peculium spectant, in integrum restituendus erit, quasi in proprio patrimonio captus.

§ 10.—Mas si fuese un hijo de familia, que tuviera peculio castrense, no hay duda que deberá ser restituido por el todo en aquellas cosas que respectan á su peculio castrense, como perjudicado en su propio patrimonio.

§ 11.—Servus autem minor annis vigintiquinque nullo modo restitui poterit, quoniam domini persona spectatur, qui sibi debebit imputare, cur minori rem commisit. Quare et si per impuberem contraxerit, idem erit dicendum, ut et Marcellus libro secundo Digestorum scribit. Et si forte libera peculii administratio minori servo sit concessa, maior dominus ex hac causa non restituetur.

§ 11.—Pero el esclavo menor de veinticinco años de ningún modo podrá obtener la restitución, porque se atiende á la persona del señor, el cual deberá imputarse á sí mismo el haber encomendado sus cosas á un menor. Por lo cual, si hubiere contratado por medio de un impúbero, también se habrá de decir lo mismo, según escribe también Marcelo en el libro segundo de su Digesto. Y si acaso se hubiere concedido á un esclavo menor de edad la libre administración de su peculio, su señor, mayor de edad, no será por esta causa restituido.

(1) divi, *insertan Hal. Vulg.*
(2) quum posset, *omítelas Hal.*

4. Africanus *libro VII. Quaestionum.* — Etenim quodcunque servus ita gerit, voluntate domini gerere intelligendus est; et magis hoc apparebit, si aut de institoria actione quaeratur, aut si proponatur, maiorem annis vigintiquinque negotium aliquod gerendum minori mandasse, et illum in ea re deceptum esse.

5. Ulpianus *libro XI. ad Edictum.*— Si tamen is servus fuit, cui fideicommissaria libertas debebatur praesens, et fuit captus, quum re (1) mora ei fit, poterit dici, Praetorem ei succurrere oportere.

6. Idem *libro X. ad Edictum.* — Minoribus vigintiquinque annis subvenitur per in integrum restitutionem non solum, quum de bonis eorum aliquid minuitur, sed etiam quum intersit ipsorum litibus et sumtibus non vexari.

7. Idem *libro XI. ad Edictum.*—Ait Praetor: (2) «Gestum esse dicetur»; «gestum» sic accipimus qualiterqualiter, sive contractus sit, sive quid aliud contigit.

§ 1.—Proinde si emit aliquid, si vendidit, si societatem coïit, si mutuam pecuniam accepit, et captus est, ei succurretur.

§ 2.—Sed et si ei pecunia a debitore paterno soluta sit vel proprio, et hanc perdidit, dicendum est, ei subveniri, quasi gestum sit cum eo. Et ideo, si minor conveniat debitorem, adhibere debet curatores, ut ei solvatur pecunia; ceterum non ei compelletur solvere. Sed hodie solet pecunia in aedem deponi, ut Pomponius libro vicesimo octavo scribit, ne vel debitor ultra usuris oneretur, vel creditor minor perdat pecuniam; aut curatoribus solvi, si sunt. Permittitur etiam ex Constitutione Principum debitori, compellere adolescentem ad petendos sibi curatores. Quid tamen, si Praetor decernat solvendam pecuniam minori sine curatoribus, et solverit? an possit esse securus, dubitari potest. Puto autem, si allegans minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum, nisi forte quasi adversus iniuriam appellandum quis ei putet. Sed credo, Praetorem hunc minorem in integrum restitui volentem auditurum non esse.

§ 3.—Non solum autem in his ei succurritur, sed etiam in interventionibus, utputa si fideiussorio nomine se, vel (3) rem suam obligavit. Pomponius autem videtur acquiescere distinguentibus: (4) arbiter ad fideiussores probandos constitutus eum probavit, an vero ipse adversarius? Mihi autem semper succurrendum videtur, si minor sit, et se circumventum doceat.

§ 4.—Sed et in iudiciis subvenitur, sive dum agit, sive dum convenitur, captus sit.

4. Africano; *Cuestiones, libro VII.* — Porque cualquiera cosa que de esta manera ejecuta un esclavo, se ha de entender que la ejecuta con la voluntad de su señor; y esto aparecerá más evidente, si ó se tratara de la acción institoria, ó si se dijera que un mayor de veinticinco años había encomendado la gestión de algún negocio á un menor, y que éste había sido engañado en tal asunto.

5. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XI.*— Pero si éste fué un esclavo, al que se debía dar inmediatamente la libertad en virtud de fideicomiso, y fué perjudicado, causándosele mora en el asunto, podrá decirse que el Pretor debe auxiliarle.

6. El mismo; *Comentarios al Edicto, libro X.*— A los menores de veinticinco años se les auxilia con la restitución por entero, no solo cuando se disminuye alguna cosa de sus bienes, sino también cuando les interese no ser vejados con pleitos y gastos.

7. El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XI.* —Dice el Pretor: «Lo que se dijere haberse hecho»; «hecho» lo entendemos así, de cualquier manera que sea, ya fuere un contrato, ya haya mediado otra cualquier cosa.

§ 1.—Por lo tanto, si compró alguna cosa, si la vendió, si constituyó sociedad, si recibió dinero prestado, y fué engañado, se le auxiliará.

§ 2.—Pero también si por un deudor de su padre, ó suyo propio, se le hubiere pagado dinero, y lo perdió, se habrá de decir que se le auxilia, como si se hubiere contratado con él. Y por esto, si un menor demandare á su deudor, debe presentar los curadores, para que á él se le pague el dinero; de otro modo no se le compelerá á pagar. Pero hoy suele depositarse el dinero en el local á ello destinado, según escribe Pomponio en su libro vigésimo octavo, ya para que el deudor no sea gravado desde entonces con intereses, ya para que el acreedor, siendo menor, no pierda el dinero; ó suele pagarse á los curadores, si los hay. Por Constitución de los Príncipes se permite también al deudor, que compela al adolescente á que pida para sí curadores. Mas ¿qué diremos si el Pretor decretase que se haya de pagar el dinero al menor sin los curadores, y se le hubiere pagado? Puede dudarse si puede estar seguro el deudor. Opino, sin embargo, que si el que alega que era menor el acredor hubiere sido compelido al pago, nada debe imputársele, salvo si acaso alguien estimara que debió apelarse por él como contra una injusticia. Pero creo que el Pretor no deberá oir á este menor, que solicitara que se le restituyese por entero.

§ 3.—Mas no solo en estas cosas se le auxilia, sino también en las intervenciones, por ejemplo, si á título de fiador se obligó, ú obligó sus bienes. Pero Pomponio parece que se conforma con los que hacen esta distinción: ¿le aprobó á él el árbitro nombrado para aprobar los fiadores, ó el mismo adversario? Mas á mí me parece que siempre ha de ser auxiliado, si fuese menor, y probara que fué engañado.

§ 4.—Pero también en los juicios es auxiliado, si hubiere sido perjudicado, ya demandando, ya siendo demandado.

(1) in rem, *Vulg.*
(2) «Quod cum minori XXV. annis natu», *antepone la Vulg.*
(3) in, *insertan otros en Hal.*

(4) an, *insertan Hal. Vulg.*

§ 5.—Sed et si hereditatem minor adiit minus lucrosam, succurritur ei, ut se possit abstinere; nam et hic deceptus (1) est. Idem et in bonorum possessione, vel alia successione. Non solum autem filius, qui se miscuit paternae hereditati, sed etsi aliquis sit ex necessariis minor annis, simili modo restitutionem impetrabit; veluti si servus sit cum libertate institutus. Dicendum enim erit, si se miscuit, posse ei subveniri aetatis beneficio, ut habeat bonorum suorum separationem. Plane qui post aditam hereditatem restituitur, debet praestare, si quid ex hereditate in rem eius pervenit, nec periit per aetatis imbecillitatem.

§ 6.—Hodie certo iure utimur, ut et in lucro minoribus succurratur.

§ 7.—Pomponius quoque libro vicesimo octavo scribit, etsi sine dolo cuiusquam legatum repudiaverit, vel in optionis legato captus sit, dum elegit deteriorem, vel si duas res promiserit, illam aut illam, et pretiosiorem dederit, debere subveniri; et subveniendum est.

§ 8.—Quaesitum est, ex eo, quod in lucro quoque minoribus subveniendum dicitur, si res eius venierit, et existat, qui plus liceatur, an in integrum propter lucrum restituendus sit? et quotidie Praetores eos restituunt, ut rursum admittatur licitatio. Idem faciunt et in his rebus, quae servari iis debent. Quod circumspecte erit faciendum. Ceterum nemo accedet ad emtionem rerum pupillarium, nec si bona fide distrahantur. Et destricte probandum est, in rebus, quae fortuitis casibus subiectae sunt, non esse minori adversus emtorem succurrendum, nisi aut sordes, aut evidens gratia tutorum sive curatorum doceatur.

§ 9.—Restitutus autem, quum (2) se hereditati misceat, vel eam adeat, quam repudiavit, rursus restitui poterit, ut se abstineat; et hoc et rescriptum, et responsum est.

§ 10.—Sed quod Papinianus libro secundo Responsorum ait, minori substitutum servum necessarium, repudiante quidem hereditatem minore, necessarium fore, et, si fuerit restitutus minor, liberum nihilominus remanere, si autem prius minor adiit hereditatem, mox abstentus est, substitutum pupillo servum cum libertate non posse heredem existere, neque liberum esse; non per omnia verum est. Nam si non est solvendo hereditas abstinente se herede, et Divus Pius rescripsit, et Imperator noster, et quidem in extraneo pupillo, locum fore necessario substituto. Et quod ait: «liberum manere», tale est, quasi non et heres maneat, quum pupillus impetrat restitutionem, posteaquam abstentus est; quum enim pupillus heres non fiat, sed utiles actiones habeat, sine dubio heres manebit, qui semel extitit.

(1) *Otros en Gothofred.*; acceptus, *Fl.*; captus, *Hal. Vulg.*
(2) ut, *Hal.*

§ 5.—Mas también si el menor adió una herencia menos lucrativa, se le auxilia, para que pueda abstenerse de ella; porque también en este caso padeció engaño. Lo mismo sucede así en la posesión de bienes, como en otra sucesión. Pero no solamente el hijo, que se inmiscuyó en la herencia paterna, sino aunque fuera cualquier otro menor de edad entre los herederos necesarios, obtendrá de igual modo la restitución; por ejemplo, si fuera un esclavo, instituído heredero con la libertad. Porque se habrá de decir, si se inmiscuyó, que puede ser auxiliado con el beneficio de la edad, para que tenga la separación de sus propios bienes. Ciertamente, el que obtiene la restitución después de adida la herencia, si por razón de la herencia algún provecho alcanzó á sus propios bienes, y no desapareció por la inexperiencia de su edad, debe reintegrarlo.

§ 6.—Hoy dia usamos del derecho indudable de que también en la adquisición de un lucro se auxilie á los menores.

§ 7.—También Pomponio escribe en su libro vigésimo octavo, que aunque sin dolo de cualquiera hubiere repudiado un legado, ó se hubiere engañado en un legado de opción, eligiendo la cosa peor, ó si de dos cosas hubiere prometido una ú otra, y hubiere dado la de más valor, debe ser auxiliado; y ha de auxiliársele.

§ 8.—Por aquello que se dice, que también en la obtención de un lucro se ha de auxiliar á los menores, se preguntó: si se hubiere vendido alguna cosa suya, y hubiera quien ofreciese más por ella, ¿habrá de obtener la restitución por entero en atención al lucro? Y todos los días les conceden los Pretores la restitución, para que segunda vez se haga licitación. Lo mismo hacen también respecto á aquellas cosas que se les deben conservar. Lo que se deberá hacer con circunspección. De otra suerte, nadie acudirá á comprar bienes de pupilos, ni aun cuando se vendan de buena fe. Y precisamente debe aprobarse, respecto de aquellas cosas que están sujetas á casos fortuitos, que no ha de auxiliarse al menor contra el comprador, á menos que se demuestre ó sordidez, ó evidente beneficio de los tutores ó de los curadores.

§ 9.—Mas el que fué restituido, cuando se inmiscuya en la herencia, ó ada la que repudió, podrá obtener otra vez la restitución, para abstenerse; y esto se decidió por rescripto y por respuesta.

§ 10.—Pero lo que dice Papiniano en el libro segundo de sus Respuestas, que el esclavo substituto necesario del menor, repudiando ciertamente el menor la herencia, sería heredero necesario, y, si el menor hubiere obtenido la restitución, permanece, no obstante, libre, pero que si el menor adió antes la herencia, y luego se abstuvo, el esclavo substituído con la libertad al pupilo no podrá continuar siendo heredero, ni ser libre, no es enteramente verdadero. Porque si no es solvente la herencia, absteniéndose el heredero, así el Divino Pío, como nuestro Emperador, decidieron por rescripto que habría lugar al substituto necesario, aun ciertamente respecto á un pupilo extraño. Y lo que dice, «permanece libre», es tal, como que no continúe siendo también heredero, cuando el pupilo impetra la restitución, después que se abstuvo; porque no haciéndose heredero el pupilo, sino teniendo las acciones útiles, sin duda permanecerá siendo heredero el que lo fué una vez.

§ 11.—Item si non provocavit intra diem, subvenitur, ut provocet; finge enim hoc desiderare.

§ 12.—Item et in eremodiciis ei subvenitur; constat autem omnis aetatis hominibus restaurationem eremodicii praestari, si se doceant ex iusta causa abfuisse.

8. HERMOGENIANUS *libro I. Iuris Epitomarum.* —Minor, etiamsi quasi contumax condemnatus sit, in integrum restitutionis auxilium implorabit.

9. ULPIANUS *libro XI. ad Edictum.*—Si ex causa iudicati pignora minoris capta sint et distracta, mox restitutus sit adversus sententiam Praesidis vel Procuratoris Caesaris, videndum, an ea revocari debeant, quae distracta sunt; nam illud certum est, pecuniam ex causa iudicati solutam ei restituendum. Sed interest ipsius, corpora potius habere; et puto interdum permittendum, id est, si grande damnum sit minoris.

§ 1.—In dotis quoque modo mulieri subvenitur, si ultra vires patrimonii, vel totum patrimonium circumscripta in dotem dedit.

§ 2.— Nunc videndum, minoribus utrum in contractibus captis duntaxat subveniatur, an etiam delinquentibus; utputa dolo aliquid minor fecit in re deposita vel commodata, vel alias in contractu, an ei subveniatur, si nihil ad eum pervenit? Et placet, in delictis minoribus non subveniri; nec hic itaque subvenietur. Nam et si furtum fecit, vel damnum iniuria dedit, non ei subvenietur (1). Sed si, quum ex damno dato confiteri possit, ne dupli teneatur, maluit negare, in hoc solum restituendus est (2), ut pro confesso habeatur. Ergo et si potuit pro fure (3) damnum decidere magis, quam actionem dupli vel quadrupli pati, ei subvenietur.

§ 3.—Si mulier, quum culpa divertisset (4), velit sibi subveniri, vel si maritus, puto restitutionem non habendam. Est enim delictum non modicum; nam et si adulterium minor commisit, ei non subvenitur.

§ 4.—Papinianus (5) ait, si maior annis viginti, minor vigintiquinque (6) se in servitutem venire patiatur, id est, si pretium participatus est (7), non solere restitui; sed hoc merito, quoniam res nec capit restitutionem, quum statum mutat.

§ 5.—Si in commissum incidisse vectigalis dicatur, erit in integrum restitutio. Quod sic erit accipiendum, si non dolus ipsorum interveniat; ceterum (8) cessabit restitutio.

§ 6.— Adversus libertatem quoque minori a Praetore subveniri impossibile est,

10. PAULUS *libro XI. ad Edictum.*—nisi ex magna causa hoc a Principe fuerit consecutus.

---

§ 11.—Igualmente, si no apeló dentro del término, es auxiliado para que apele; porque supón que lo pidiese.

§ 12.—Asimismo se le auxilia también en los casos de rebeldía; pero consta que se concede la reposición de la rebeldía á las personas de cualquiera edad, si probaren que estuvieron ausentes por justa causa.

8. HERMOGENIANO; *Epítome del Derecho, libro I.*—El menor, aunque haya sido condenado como contumaz, implorará el auxilio de la restitución por entero.

9. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XI.*—Si por causa de lo juzgado se hubieren tomado y vendido prendas del menor, y luego hubiere obtenido la restitución contra la sentencia del Presidente ó del Procurador del Cesar, se ha de ver si se deberán restituir las cosas que se vendieron; porque es lo cierto, que se le ha de restituir el dinero pagado por causa de lo juzgado. Pero le interesa tener preferentemente las mismas cosas; y opino, que á veces se le ha de permitir, esto es, si fuera grande el perjuicio del menor.

§ 1.—También respecto á la cuantía de la dote se auxilia á la mujer, si engañada dió en dote más de lo que permitía la cuantía de su patrimonio, ó todo su patrimonio.

§ 2.—Ahora ha de verse, si se auxilia solamente á los menores engañados en contratos, ó también á los que delinquen; por ejemplo, si el menor hizo algo con dolo en la cosa depositada ó prestada, ó en otro cualquier contrato, ¿se le auxiliará, si ningún provecho le alcanzó? Y parece bien que en los delitos no se auxilie á los menores; y así, ni en este caso se le auxiliará. Porque tampoco se le auxiliará, si cometió un hurto, ó por injuria causó un daño. Pero si pudiendo confesar respecto al daño causado, para no obligarse por el duplo, prefirió negar, se le ha de conceder la restitución solamente en esto, para que se le tenga por confeso. Por consiguiente, también se le auxiliará, si como ladrón pudo transigir el daño más bien que sufrir la acción del duplo ó del cuádruplo.

§ 3.—Si la mujer, ó si el marido, que culpablemente se hubiese divorciado, quisiera que se le auxiliara, opino que no debe obtener la restitución. Porque es este no pequeño delito; pues si el menor cometió adulterio, tampoco se le auxilia.

§ 4.—Dice Papiniano, que si el mayor de veinte años, y menor de veinticinco, permitiera ser vendido para esclavo, esto es, si participó del precio, no suele obtener la restitución; pero esto con razón, porque cuando la cosa cambia de estado, no admite la restitución.

§ 5.—Si se dijera que había incurrido en comiso por razón de tributos, tendrá lugar la restitución por entero. Lo que se habrá de entender así, si no mediase dolo de los mismos menores; de otro modo, cesará la restitución.

§ 6.—Es imposible que por el Pretor se auxilie también al menor contra la dación de libertad,

10. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XI.*—á no ser que por una causa grande hubiere conseguido esto del Príncipe.

---

(1) Nam et si furtum fecit,—non ei subvenietur, *se consideran añadidas por antiguos copistas, Krieg.*
(2) *Hal. Vulg.*; sit, *Fl.*
(3) furto, *Hal.*
(4) divortisset, *Hal.*

(5) Pomponius, *Hal.*
(6) si minor annis XXV. maior autem XX., *Vulg.*
(7) id est—participatus est, *omítelas Hal.*
(8) alioquin, *Hal. Vulg.*

11. Ulpianus *libro XI. ad Edictum.* — Verum vel de dolo, vel utilis (1) actio erit in id, quod minoris interfuit non manumitti; proinde quidquid hic haberet, si non manumisisset, id ei nunc praestabitur. Sed et nomine earum rerum, quas dominicas servus manumissus supprimebat, competunt adversus eum actiones ad exhibendum, et furti, et condictio; videlicet quoniam et manumissus eas contrectabat. Ceterum ex delicto in servitute (2) facto domino adversus eum post libertatem actio non competit; et hoc Rescripto Divi Severi (3) continetur.

§ 1.—Quid, si minor vigintiquinque annis, maior viginti hac lege vendiderit, ut manumittatur? ideo proposui maiorem (4) viginti, quoniam et Scaevola scribit libro quarto decimo (5) Quaestionum. Et magis est, ut sententia Constitutionis Divi Marci ad Aufidium Victorinum hunc, id est minorem viginti annis, non complectatur. Quare videndum, an maiori viginti annis subveniatur? Et si quidem ante desideret, quam libertas competat, audietur, sin vero postea, non possit. Item quaeri potest, si is, qui emit hac lege, minor sit, an restitui possit? Et si quidem nondum libertas competit, erit dicendum, posse ei subveniri; sin vero posteaquam dies venit, voluntas maioris venditoris libertatem imponit.

§ 2.— Ex facto quaesitum est: Adolescentes quidam acceperant curatorem Salvianum quendam nomine; hic, quum curam administrasset, beneficio Principis urbicam procurationem erat adeptus, et apud Praetorem se a cura adolescentium excusaverat absentibus iis; adolescentes adierant Praetorem desiderantes in integrum adversus eum restitui, quod esset contra Constitutiones excusatus; quum enim susceptam tutelam non alii soleant deponere, quam qui trans mare Reipublicae causa absunt, vel hi, qui circa Principem sunt occupati, ut in Consiliarii Menandri Arrii (6) persona est indultum, meruisset autem Salvianus excusationem, adolescentes quasi capti in integrum restitui a Praetore desideravcrant (7); Aëtrius (8) Severus, quia dubitabat, ad Imperatorem Severum retulit; ad quam consultationem successor (9) eius Benidio (10) Quieto rescripsit, nullas partes esse Praetoris, neque enim contractum proponi cum minore annis vigintiquinque, sed Principes (11) intervenire, et reducere hunc ad administrationem, qui perperam esset a Praetore excusatus.

§ 3.—Sciendum est autem, non passim minoribus subveniri, sed causa cognita, si capti esse proponantur (12).

§ 4.—Item non restituetur, qui sobrie rem suam

11. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XI.*— Pero habrá ó la acción de dolo, ó la útil, por cuanto interesó al menor que no se hiciera la manumisión; por consiguiente, se le dará ahora cuanto en este caso tendría, si no hubiese manumitido. Mas también por razón de aquellas cosas propias de su señor, que le quitaba el esclavo manumitido, competen contra éste las acciones de exhibición, y de hurto, y la condicción; á saber, porque también manumitido las manejaba. De otro modo, por delito cometido durante la esclavitud no compete al señor acción contra aquel después de obtenida la libertad; y así se consigna en el Rescripto del Divino Severo.

§ 1.—¿Qué se dirá, si el menor de veinticinco años, mayor de veinte, lo hubiere vendido con la condición de que sea manumitido? y he dicho mayor de veinte, porque también lo escribe Scévola en el libro décimo cuarto de las Cuestiones. Y es más cierto, que el tenor de la Constitución del Divino Marco á Aufidio Victorino no comprende á éste, esto es, al menor de veinte años. Por lo cual se ha de ver, ¿se auxiliará acaso al mayor de veinte años? Y, á la verdad, si reclamara antes que competa la libertad, será oído; pero si después, no pueda serlo. También se puede preguntar, ¿si el que compra con esta condición fuese menor, podrá obtener la restitución? Y verdaderamente, si aun no compete la libertad, se habrá de decir que puede ser auxiliado; pero después que llegó el día, la voluntad del vendedor, mayor de edad, impone la libertad.

§ 2.—Se preguntó sobre este caso: Ciertos adolescentes habían recibido por curador suyo á uno llamado Salviano; éste, habiendo administrado la curatela, por gracia del Príncipe obtuvo la procuraduría de la ciudad, y ante el Pretor se había excusado de la curatela de los menores, hallándose éstos ausentes; los adolescentes se habían dirigido al Pretor, solicitando alcanzar contra él la restitución por entero, porque se había excusado contra las Constituciones; porque no siendo costumbre que dejen la tutela ya aceptada, sino aquellos que están ausentes allende los mares por causa de la República, ó los que están empleados cerca del Príncipe, según se concedió respecto á la persona del Consejero Menandro Arrio, y habiendo, no obstante, logrado excusarse Salviano, los adolescentes, como perjudicados, habían solicitado del Pretor que se les restituyera por entero. Aetrio Severo, porque dudaba en este caso, lo elevó en consulta al Emperador Severo; á cuya consulta contestó por Rescripto su sucesor á Benidio Quieto, que esto no correspondía al Pretor, porque ni aun se exponía haberse contratado con un menor de veinticinco años, sino que debían intervenir los Príncipes, y volver á la administración á aquel que indebidamente hubiere sido excusado por el Pretor.

§ 3.—Mas ha de saberse, que no ha de auxiliarse en todos los casos á los menores, sino con conocimiento de causa, si alegaren que habían sido perjudicados.

§ 4.—Asimismo, no será restituido el que admi-

(1) Verum de dolo malo actio, *Hal.;* Verum vel de dolo, vel ut in factum actio, *Vulg.*
(2) *Hal. Vulg.;* servitutem, *Fl.*
(3) *L. 1. Cod. de noxalib. actt. III. 41.*
(4) *Taur.;* maior, *según la escritura original del códice Fl., Br.*
(5) XIII., *Vulg.*
(6) Arrii, *omítela Vulg.*
(7) meruisset — desideraverant, *omítelas Hal.*
(8) Arrius, *Hal.;* Decius, *Vulg.;* Detrius, *ó* Demetrius, *otros en Hal.*
(9) successori, *Hal.*
(10) Ventidio, *Hal.;* Vindio, *Vulg.*
(11) principem, *Hal.*
(12) probentur, *Vulg.*

administrans occasione damni non inconsulte accidentis, sed fato, velit restitui; nec enim eventus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas; et ita et Pomponius libro vicesimo octavo (1) scripsit. Unde Marcellus apud Iulianum notat, si minor sibi servum necessarium comparaverit, mox decesserit, non debere eum restitui; neque enim captus est emendo sibi rem pernecessariam, licet mortalem.

nistrando prudentemente sus bienes quisiera ser restituído con ocasión de un daño sobrevenido no por falta de consejo, sino por fatalidad; porque la restitución no la concede el acaecimiento de un daño, sino la facilidad faltada de consejo; y así lo escribió también Pomponio en su libro vigésimo octavo. Por esto observa Marcelo en sus notas á Juliano, que si un menor hubiere comprado para sí un esclavo necesario, y luego hubiere éste fallecido, no debia obtener restitución; porque no fué engañado al comprar una cosa para él muy necesaria, aunque mortal.

§ 5.—Si locupleti heres extitit, et subito hereditas lapsa sit, puta praedia fuerunt, quae chasmate perierunt, insulae exustae sunt, servi fugerunt aut decesserunt, Iulianus quidem libro quadragesimo sexto sic loquitur, quasi possit minor in integrum restitui; Marcellus autem apud Iulianum notat, cessare in integrum restitutionem; neque enim aetatis lubrico captus est adeundo locupletem hereditatem, et quod fato contingit, cuivis patrifamilias, quamvis diligentissimo, possit contingere. Sed haec res afferre potest restitutionem minori, si adiit hereditatem, in qua res erant multae mortales, vel praedia urbana, aes autem alienum grave, quod non prospexit posse evenire, ut demoriantur mancipia, praedia ruant, vel quod non cito distraxerit haec, quae multis casibus obnoxia sunt.

§ 5.—Si fué heredero de un rico, y súbitamente hubiere perecido la herencia, por ejemplo, si hubo predios que desaparecieron abriéndose la tierra, si se quemaron las casas, si huyeron ó fallecieron los esclavos, Juliano, á la verdad, habla en su libro cuadragésimo sexto así como si el menor pudiera ser restituído por entero; pero Marcelo en sus notas á Juliano dice que deja de tener lugar la restitución por el todo; porque no fué engañado por fragilidad de la edad al adir una herencia rica, y lo que sucede por fatalidad, puede acontecer á cualquier padre de familia, aunque sea el más diligente. Pero este caso puede proporcionar al menor la restitución, si adió una herencia en la que había muchas cosas perecederas, ó predios urbanos, y también grandes deudas, porque no previó que pudiera acontecer que se murieran los esclavos, ó se arruinasen las casas, ó porque no hubiere vendido pronto aquellas cosas que están sujetas á muchas eventualidades.

§ 6.—Item quaeritur, si minor adversus minorem restitui desiderat, an sit audiendus? Et Pomponius simpliciter scribit, non restituendum. Puto autem inspiciendum a Praetore, quis captus sit; proinde si ambo capti sunt, verbi gratia minor minori pecuniam dedit, et ille perdidit, melior est causa secundum Pomponium eius, qui accepit, et vel dilapidavit, vel perdidit.

§ 6.—Pregúntase también, si un menor pretende ser restituído contra otro menor, ¿deberá ser oído? Y Pomponio escribe sencillamente que no debe ser restituído. Mas yo opino que se ha de examinar por el Pretor quién haya sido engañado; por consiguiente, si ambos fueron perjudicados, por ejemplo, si un menor dió dinero á otro menor, y éste lo perdió, es mejor según Pomponio la condición de aquel que lo recibió, y ó lo dilapidó, ó lo perdió.

§ 7.—Plane si minor annis cum filiofamilias maiore contraxerit, et Iulianus libro quarto Digestorum, et Marcellus libro secundo Digestorum scribit, posse in integrum restitui, ut magis aetatis ratio, quam Senatusconsulti habeatur.

§ 7.—Ciertamente, si un menor de edad hubiere contratado con un hijo de familia mayor de edad, así Juliano en el libro cuarto de su Digesto, como Marcelo en el libro segundo del Digesto, escriben que puede ser restituído por el todo, de suerte que más bien se tenga cuenta de la edad que del Senadoconsulto.

**12.** Gaius *libro IV. ad Edictum provinciale.*—Si apud minorem mulier pro alio intercesserit, non est ei actio in mulierem danda, sed perinde atque ceteri per exceptionem summoveri debet; scilicet, quia communi iure in priorem debitorem ei actio restituitur; haec, si solvendo sit prior debitor, alioquin mulier non utetur Senatusconsulti auxilio.

**12.** Gayo; *Comentarios al Edicto provincial, libro IV.*—Si para un menor hubiere una mujer salido fiadora por otro, no se le ha de dar acción contra la mujer, sino que del mismo modo que los demás debe ser repelido por la excepción; á saber, porque por derecho común se le restituye la acción contra el primer deudor; esto, si el deudor principal fuese solvente, porque de otro modo la mujer no disfrutará del beneficio del Senadoconsulto.

**13.** Ulpianus *libro XI ad Edictum.*—In causae cognitione versabitur, utrum soli ei succurrendum sit, an etiam his, qui pro eo obligati sunt, utputa fideiussoribus. Itaque si, quum scirem minorem, et ei fidem non haberem, tu fideiusseris pro eo, non est aequum, fideiussori in necem meam subveniri, sed potius ipsi deneganda erit mandati actio. In summa perpendendum

**13.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XI.*—En el conocimiento de causa se examinará si se haya de auxiliar solamente á él, ó también á aquellos que por él se obligaron, por ejemplo, á los fiadores. Y así, si sabiendo yo que era menor, y no teniendo confianza en él, tú hubieres salido fiador por él, no es equitativo que se auxilie al fiador en perjuicio mio, sino que antes bien se ha-

(1) XXVII., *Vulg.*

erit Praetori, cui potius subveniat, utrum creditori, an fideiussori; nam minor captus neutri tenebitur. Facilius in mandatore dicendum erit, non debere ei subvenire (1); hic enim velut affirmator fuit et suasor, ut cum minore contraheretur. Unde tractari potest, minor in integrum restitutionem utrum adversus creditorem, an et adversus fideiussorem implorare debeat? Et puto tutius adversus utrumque; causa enim cognita et praesentibus adversariis, vel si per contumaciam desint, in integrum restitutiones perpendendae sunt.

§ 1.—Interdum autem restitutio et in rem datur minori, id est adversus rei eius possessorem, licet cum eo non sit contractum; utputa rem a minore emisti et alii vendidisti, potest desiderare interdum adversus possessorem restitui, ne rem suam perdat, vel re sua careat; et hoc vel cognitione Praetoria, vel rescissa alienatione, dato in rem iudicio. Pomponius quoque libro vicesimo octavo scribit, Labeonem existimasse, si minor vigintiquinque annis fundum vendidit et tradidit, si emtor rursus eum alienavit, siquidem emtor sequens scit rem ita gestam, restitutionem adversus eum faciendam; si ignoravit, et prior emtor solvendo esset, non esse faciendam; sin vero non esset solvendo, aequius esse minori succurri etiam adversus ignorantem, quamvis bona fide emtor est.

**14.** Paulus *libro XI. ad Edictum.* — Plane quamdiu is, qui a minore rem accepit, aut heres eius idoneus sit, nihil novi constituendum est in eum, qui rem bona fide emerit; idque et Pomponius scribit.

**15.** Gaius *libro IV. ad Edictum provinciale.*— Sed ubi restitutio datur, posterior emtor reverti ad auctorem suum poterit. Per plures quoque personas si emtio ambulaverit, idem iuris erit.

**16.** Ulpianus *libro XI. ad Edictum.* — In causae cognitione etiam hoc versabitur, num forte alia actio possit competere citra in integrum restitutionem. Nam si communi auxilio et mero iure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium, utputa cum pupillo contractum est sine tutoris auctoritate, nec locupletior factus est.

§ 1.—Item relatum est apud Labeonem, si minor circumscriptus societatem coïerit, vel etiam donationis causa, nullam esse societatem nec inter maiores quidem, et ideo cessare partes Praetoris. Idem et Ofilius respondit; satis enim ipso iure munitus est.

§ 2.—Pomponius quoque refert libro vicesimo octavo, quum quidam heres rogatus esset, fratris filiae complures res dare ea conditione, ut, si si-

brá de denegar al mismo la acción de mandato. En suma, deberá considerarse por el Pretor, á quién auxiliará preferentemente, si al acreedor, ó si al fiador; porque el menor, perjudicado, no quedará obligado á ninguno de los dos. Más fácilmente se deberá decir respecto del mandante, que no debe auxiliarle; porque éste fué como el que afirmó y persuadió, para que se contratase con el menor. Por lo que puede preguntarse ¿debe el menor implorar la restitución por entero acaso contra el acreedor, ó también contra el fiador? Y considero más seguro, que contra ambos; porque las restituciones por entero se han de examinar detenidamente, con conocimiento de causa y hallándose presentes los contrarios, ó si por contumacia no se presentaran.

§ 1.—Mas á veces se da al menor la restitución también sobre la cosa, esto es, contra el poseedor de la misma cosa, aunque con él no se haya contratado; como, por ejemplo, si compraste del menor una cosa y la vendiste á otro, puede pretender algunas veces la restitución contra el poseedor, para no perder su cosa, ó carecer de ella; y esto, ó con conocimiento del Pretor, ó rescindida la enagenación, por la acción dada sobre la cosa. También escribe Pomponio en su libro vigésimo octavo, que Labeon habia juzgado, que si un menor de veinticinco años vendió y entregó un fundo, si el comprador lo enagenó á su vez, y el siguiente comprador sabe que así habian pasado las cosas, se ha de hacer contra éste la restitución; que si lo ignoró, y el primer comprador fuese solvente, no se ha de hacer; pero que si no fuese solvente, era más equitativo que se auxiliara al menor contra el que lo ignoraba, aunque es comprador de buena fe.

**14.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XI.*— A la verdad, mientras aquel que recibió del menor la cosa, ó su heredero, sea abonado, nada nuevo se ha de establecer contra aquel que hubiere comprado de buena fe; y esto lo escribe también Pomponio.

**15.** Gayo; *Comentarios al Edicto provincial, libro IV.*—Pero cuando se da la restitución, el último comprador podrá volverse contra el que le vendió. El mismo derecho habrá también si la compra hubiere pasado por muchas personas.

**16.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XI.* —En el conocimiento de causa también se examinará esto, si acaso puede competer otra acción además de la restitución por entero. Porque si por el común auxilio y el mero derecho estuviera amparado, no debe concedérsele el auxilio extraordinario, por ejemplo, si se contrató con el pupilo sin la autoridad del tutor, y no se hizo más rico.

§ 1.—También se dice en Labeon, que si engañado un menor hubiere constituido sociedad, aunque sea por causa de donación, es nula la sociedad ciertamente aun entre los mayores, y que por tanto dejaba de tener lugar la intervención del Pretor. Lo mismo respondió también Oflio; porque está suficientemente amparado por el mismo derecho.

§ 2.—Refiere también Pomponio en su libro vigésimo octavo, que habiendo sido rogado cierto heredero para que diese muchas cosas á la hija

(1) subvenire, *Hal. Vulg.*

ne liberis decessisset, restitueret eas heredi, et haec defuncto herede heredi eius cavisset se restituturam, Aristonem putasse in integrum restituendam. Sed et illud Pomponius adiicit, quod potuit incerti condici haec cautio etiam a maiore; non enim ipso iure, sed per condictionem munitus (1) est.

§ 3.—Et generaliter probandum est, ubi contractus non valet, pro certo Praetorem se non debere interponere.

§ 4.—Idem Pomponius ait, in pretio emtionis et venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumvenire.

§ 5.—Nunc videndum, qui in integrum restituere possunt. Et tam Praefectus Urbi, quam alii magistratus pro iurisdictione sua restituere in integrum possunt, tam in aliis (2) causis, quam contra sententiam suam.

**17.** Hermogenianus *libro I. Iuris Epitomarum* (3). — Praefecti etiam Praetorio ex sua sententia in integrum possunt restituere, quamvis appellari ab his non possit. Haec idcirco tam varie, quia appellatio quidem iniquitatis sententiae querelam, in integrum vero restitutio erroris proprii veniae petitionem, vel adversarii circumventionis allegationem continet.

**18.** Ulpianus *libro XI. ad Edictum.* (4)—Minor autem magistratus contra sententiam maiorum non restituet.

§ 1. — Sin autem Princeps sententiam dixit, perraro solet permittere restitutionem, et induci in auditorium suum eum, qui per infirmitatem aetatis captum se dicat, dum ea, quae pro causa sunt dicta, non (5) allegat, vel ab advocatis proditum (6) queratur. Denique Glabrionem Acilium (7) Divus Severus et Imperator Antoninus non audierunt incolorate restitui desiderantem adversus fratrem post speciem in auditorio eorum finitam.

§ 2.—Sed et Percennio (8) Severo contra res bis iudicatas in integrum restitui (9), Divus Severus et Imperator Antoninus permiserunt in auditorio suo examinari.

§ 3.—Idem Imperator Licinio Frontoni rescripsit, insolitum esse, post sententiam vice sua ex appellatione dictam alium in integrum restitutionem tribuere, nisi solum Principem.

§ 4.—Sed et si ab Imperatore iudex datus cognoscat, restitutio ab alio, nisi a Principe, qui iudicem destinavit, non fiet.

§ 5.—Non solum autem minoribus, verum successoribus quoque minorum datur in integrum restitutio, etsi sint ipsi maiores.

**19.** Idem *libro XIII.* (10) *ad Edictum.* — Interdum tamen successori plus quam annum dabimus, ut est Edicto expressum, si forte aetas ipsius

de su hermano, con la condición de que si hubiese fallecido sin hijos las restituyese al heredero, y habiendo dado ella caución, fallecido el heredero, de que se las restituiría al heredero de él, había opinado Ariston que debía ser restituida por entero. Pero Pomponio añade también esto, que pudo esta caución hacerse objeto de la condicción de una cosa incierta aun por el mayor; porque está amparado no por el mismo derecho, sino por la condicción.

§ 3.—Y en general se ha de admitir, que cuando el contrato no es válido, ciertamente no debe interponerse el Pretor.

§ 4.—El mismo Pomponio dice, que en el precio de la compra y de la venta es naturalmente lícito á los contratantes engañarse.

§ 5.—Ahora ha de verse quiénes pueden dar la restitución por entero. Y así el Prefecto de la Ciudad, como los demás magistrados, según su jurisdicción, pueden conceder la restitución por el todo, tanto en causas ajenas, como contra sentencia propia.

**17.** Hermogeniano; *Epitome del Derecho, libro I.*—También los Prefectos del Pretorio pueden dar restitución por entero contra su sentencia, aunque de ellos no se pueda apelar. Y esto es así tan diverso, porque verdaderamente la apelación contiene queja de la injusticia de la sentencia, mas la restitución por el todo petición de venia del error propio, ó alegación del engaño del contrario.

**18.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XI.*—Mas el magistrado inferior no dará la restitución contra sentencia de magistrados superiores.

§ 1.—Pero si el Príncipe pronunció la sentencia, rarísimas veces suele permitir la restitución, y que se admita en su audiencia al que dijere que había sido engañado por debilidad de su edad, como no sea que no alegue lo que ya en la causa se dijo, ó se querelle de habérsele hecho traición por sus abogados. Finalmente, el Divino Severo y el Emperador Antonino no dieron audiencia á Glabrion Acilio que sin justa causa pretendía ser restituido contra su hermano, después de finida la cuestión ante la audiencia de ellos.

§ 2.—Pero el Divino Severo y el Emperador Antonino permitieron también á Percennio Severo, que en su audiencia se examinase si se le restituía por entero contra cosas dos veces juzgadas.

§ 3.—El mismo Emperador respondió por rescripto á Licinio Fronton, que era insólito que otro, salvo solamente el Príncipe, concediese la restitución por entero después de sentencia proferida en su nombre en virtud de apelación.

§ 4.—Pero si conociera un juez nombrado por el Emperador, tampoco se concederá la restitución por otro, sino por el Príncipe, que designó al juez.

§ 5.—Mas no solo á los menores, sino también á los sucesores de los menores se da la restitución por entero, aunque ellos sean mayores.

**19.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XIII.*—Pero á veces daremos al sucesor más de un año, como está expresado en el Edicto, si por

---

(1) munita, *Hal.*
(2) omnibus, *inserta Hal.*
(3) ἐπιτομῶν iuris, *Hal.*
(4) libro XI. ad Edictum, *omítelas Hal.*
(5) sunt non dicta, allegat, *Hal.*
(6) praevaricatum, *Hal.*

(7) Atilium, *Hal.*
(8) Pescennio, *Hal.; otros,* Percennio; *otros,* Prosennio; *otros,* pro Sennio; *y otros,* pro Sempronio.
(9) desideranti, *inserta Hal.*
(10) XI., *Hal.*

subveniat; nam post annum vicesimum quintum habebit legitimum tempus. Hoc enim ipso deceptus videtur, quod quum posset restitui intra tempus statutum ex persona defuncti, hoc non fecit. Plane, si defunctus ad in integrum restitutionem modicum tempus ex anno utili habuit, huic (1) heredi minori post annum vicesimum quintum completum non totum statutum tempus dabimus ad in integrum restitutionem, sed id duntaxat tempus, quod habuit is, cui heres extitit.

**20.** IDEM *libro XI. ad Edictum.* — Papinianus libro secundo Responsorum ait, exuli reverso non debere prorogari tempus in integrum restitutionis (2) statutum, quia abfuit, quum potuerit adire Praetorem per procuratorem; nec dixit: vel Praesidem, ubi erat. Sed quod idem dicit, et indignum esse propter irrogatam poenam, non recte. Quid enim commune habet delictum cum venia aetatis?

§ 1.—Si quis tamen maior vigintiquinque annis intra tempus restitutionis statutum (3) contestatus postea destiterit, nihil ei proficit ad in integrum restitutionem contestatio, ut est saepissime rescriptum.

**21.** IDEM *libro X.* (4) *ad Edictum.*—Destitisse autem is videtur, non qui distulit, sed qui liti renuntiavit in totum.

**22.** IDEM *libro XI. ad Edictum.*—In integrum vero restitutione postulata adversus aditionem a minore factam, si quid legatis expensum est, vel pretia eorum, qui ad libertatem aditione eius pervenerunt, a minore refundenda non sunt; quemadmodum per contrarium, quum minor restituitur ad adeundam hereditatem, quae antea gesta (5) erunt per curatorem bonorum, decreto Praetoris ad distrahenda bona secundum iuris formam constitutum, rata esse habenda Calpurnio (6) Flacco Severus et Antoninus rescripserunt.

**23.** PAULUS *libro XI. ad Edictum.* — Quum mandatu patris filiusfamilias res administraret, non habet beneficium restitutionis; nam etsi alius ei mandasset, non succurreretur, quum eo modo maiori potius consuleretur, cuius damno res sit cessura. Sed si eventu damnum minor passurus sit, quia, quod praestiterit, servare (7) ab eo, cuius negotia gessit, non potest, quia is non erit solvendo, sine dubio Praetor interveniet. Si autem ipse dominus minor sit, procurator vero maioris aetatis, non potest facile dominus audiri, nisi si mandatu eius gestum erit, nec a procuratore servari res possit. Ergo et si procuratorio nomine minor circumscriptus sit, imputari debet hoc domino, qui tali commisit sua negotia; idque et Marcello placet.

(1) huius, *Hal.*
(2) restitutioni, *otros, en Br.*
(3) restitutioni statutum litem contestatus, *Hal.*
(4) XI., *Hal.*
(5) erant, *según otra lectura del márgen interior del códice Fl.*

acaso le favorece su edad; porque después de los veinticinco años tendrá el término legal. Pues parece que fué defraudado en esto mismo, en que pudiendo ser restituido por la persona del difunto dentro del tiempo establecido, no lo hizo. Pero, á la verdad, si el difunto tuvo poco tiempo del año util para la restitución por el todo, no daremos á éste heredero, menor, después de cumplidos los veinticinco años, todo el tiempo establecido para la restitución por entero, sino tan solo el tiempo que tuvo aquel de quien fué heredero.

**20.** EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XI.* —Dice Papiniano en el libro segundo de sus Respuestas, que al desterrado que ha vuelto no se le debe prorrogar el tiempo establecido para la restitución por entero, porque estuvo ausente, habiendo podido acudir ante el Pretor por medio de procurador; y no dijo, ó ante el Presidente de donde se hallaba. Pero lo que el mismo dice, de que también es indigno por la pena que se le impuso, no está fundado. Porque, ¿qué tiene de común el delito con la venia de la edad?

§ 1.—Pero si algún mayor de veinticinco años, habiendo contestado la demanda dentro del término establecido para la restitución, hubiere después desistido, nada le aprovecha para la restitución por el todo la contestación, según muchísimas veces se ha decidido por rescripto.

**21.** EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro X.*—Mas se reputa haber desistido, no el que lo difirió, sino el que renunció en un todo al litigio.

**22.** EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XI.* —Pero pedida la restitución por entero contra una adición hecha por un menor, lo que acaso se gastó en legados, ó el precio de aquellos que alcanzaron la libertad por la adición de él, no debe ser reintegrado por el menor; así como, por el contrario, cuando un menor obtiene la restitución para adir una herencia, Severo y Antonino contestaron por rescripto á Calpurnio Flacco, que se ha de tener por válido lo que antes se hubiere hecho por el curador de los bienes, nombrado con arreglo á derecho por decreto del Pretor para vender los bienes.

**23.** PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XI.*— Cuando por mandato del padre el hijo de familia administrase los bienes, no tiene el beneficio de la restitución; porque tampoco sería auxiliado, aunque otro se lo hubiese mandado, pues de este modo más bien se miraria por el mayor en cuyo daño haya de redundar la cosa. Pero si por acaso el menor hubiere de padecer daño, porque lo que hubiere satisfecho no puede cobrarlo de aquel cuyos negocios administró, porque éste no fuere solvente, sin duda intervendrá el Pretor. Mas si el mismo dueño fuese menor, y de mayor edad el procurador, no puede facilmente ser oido el dueño, á menos que por su mandato se hubiere administrado, y no pueda conseguirse del procurador la cosa. Y así, también si á título de procurador hubiere sido engañado el menor, esto debe imputársele al dueño, que á tal persona encomendó sus negocios; y esto también á Marcelo le parece bien.

(6) Calphurnio, *Vulg.*
(7) servari, *Hal.*

**24.** Paulus *libro I. Sententiarum* (1) — Quodsi minor sua sponte negotiis maioris intervenerit, restituendus erit, ne maiori damnum accidat. Quodsi hoc facere recusaverit, tunc si conventus fuerit negotiorum gestorum, adversus hanc actionem non restituitur; sed compellendus est sic ei cedere (2) auxilium in integrum restitutionis, ut procuratorem eum in rem suam faciat, ut possit per hunc modum damnum sibi propter minorem contingens resarcire.

§ 1.—Non semper autem ea, quae cum minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad bonum et aequum redigenda sunt, ne magno incommodo huius aetatis homines afficiantur nemine cum his contrahente; et quodammodo commercio iis interdicetur. Itaque nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut tam negligenter in ea causa versati sunt, Praetor interponere se non debet.

§ 2.—Scaevola noster aiebat: si quis, iuvenili levitate ductus, omiserit vel repudiaverit hereditatem vel bonorum possessionem, siquidem omnia in integro (3) sint, omnimodo audiendus est; si vero iam distracta hereditate et negotiis finitis ad paratam pecuniam laboribus substituti veniat, repellendus est; multoque parcius ex hac causa heredem minoris restituendum esse.

§ 3.—Si servus vel filiusfamilias minorem circumscripserit, pater dominusve, quod ad eum pervenerit, restituere iubendus est, quod non pervenerit, ex peculio eorum praestare; si ex neutro satisfiet et dolus servi intervenerit, aut verberibus castigandus, aut noxae dedendus erit.

§ 4.—Sed et si filiusfamilias hoc fecit, ob dolum suum condemnabitur. Restitutio autem ita facienda est, ut unusquisque (4) in integrum ius suum recipiat. Itaque si in vendendo fundo circumscriptus restituetur, iubeat Praetor emtorem fundum cum fructibus reddere et pretium recipere, nisi si tunc dederit, quum eum perditurum non ignoraret, sicuti facit in ea pecunia, quae ei consumturo creditur. Sed parcius in venditione, quia aes alienum ei solvitur, quod facere necesse est; credere autem non est necesse. Nam etsi origo contractus ita constitit, ut infirmanda sit, si tamen necesse fuit pretium solvi, non omnimodo emtor damno afficiendus est.

§ 5.—Ex hoc Edicto nulla propria actio vel cautio proficiscitur, totum enim hoc pendet ex Praetoris cognitione.

**25.** Gaius *libro IV. ad Edictum provinciale.*— Illud nullam habet dubitationem, quin minor, si non debitum solverit ex ea causa, ex qua iure civili repetitio non est danda, sit ei utilis actio ad repetendum, quum et maioribus vigintiquinque annis iustis ex causis dari solet repetitio.

**24.** Paulo; *Sentencias, libro I.*—Mas si por su espontánea voluntad hubiere un menor intervenido en los negocios de un mayor, habrá de obtener la restitución, para que no sobrevenga daño al mayor. Pero si hubiere rehusado hacer esto, entonces, si hubiere sido demandado por la gestión de negocios, no obtiene la restitución contra esta acción; sino que ha de ser compelido á cederle el auxilio de la restitución por entero, de suerte que lo haga procurador para su propio negocio, para que de este modo pueda resarcirse del daño que le sobrevenga por causa del menor.

§ 1.—Pero no siempre se ha de rescindir lo que se hace con los menores, sino que se ha de reducir á lo bueno y equitativo, para que los hombres de esta edad no sean perjudicados con grande daño, no contratando nadie con ellos; y en cierto modo se les privará del comercio. Y así, á menos que ó el engaño sea manifiesto, ó que con tanta negligencia se hayan conducido en aquel asunto, no debe interponerse el Pretor.

§ 2.—Decía nuestro Scévola: si alguno, llevado de su juvenil ligereza, hubiere dejado de aceptar, ó hubiere repudiado una herencia ó posesión de bienes, si, á la verdad, todas las cosas estuviesen íntegras, de todos modos ha de ser oido; mas si vendida ya la herencia y concluidos los negocios se dirigiera contra el dinero recogido por el trabajo del substituto, debe ser repelido; y mucho más parcamente se ha de conceder por esta causa al heredero del menor la restitución.

§ 3.—Si un esclavo ó un hijo de familia hubiere engañado á un menor, al padre ó al señor se le ha de mandar restituir lo que á su poder hubiere llegado, y pagar del peculio de ellos lo que á él no le hubiere llegado; si no satisficiere ni por lo uno ni por lo otro, y hubiere mediado dolo del esclavo, ó habrá de ser éste castigado con azotes, ó entregado por la noxa.

§ 4.—Pero también si un hijo de familia hizo esto, será condenado por su dolo. Mas la restitución se ha de hacer de modo, que cada uno recobre íntegro su derecho. Y así, si fuere restituido el engañado al vender un fundo, mande el Pretor que el comprador restituya el fundo con los frutos y reciba el precio, á no ser que lo hubiere dado cuando no ignorase que aquel lo había de perder, como sucede con el dinero que se presta al que lo ha de gastar. Pero en la venta se procede con más parsimonia, porque se le paga una deuda, que es necesario satisfacer; pero no es necesario prestar. Porque aunque el origen del contrato fué tal, que deba anularse, sin embargo, si fué necesario que se pagase el precio, de ningún modo ha de ser perjudicado el comprador.

§ 5.—De este Edicto no procede ninguna acción propia, ó caución, porque todo depende del conocimiento del Pretor.

**25.** Gayo; *Comentarios al Edicto, libro IV.*— No tiene esto ninguna duda, que si un menor hubiere pagado lo no debido, por aquella causa en virtud de la que no se ha de dar por derecho civil la repetición, tendrá una acción util para reclamarlo, puesto que también á los mayores de veinticinco años suele concederse por justas causas la repetición.

---

(1) *Análogas palabras se leen en Pauli Sentt. recc. I. 9.*
(2) auxilium, *según otra lectura del márgen interior del códice Fl.*
(3) integra, (*en lugar de* in integro), *Hal. Vulg.*

(4) integrum, *según otra lectura del márgen interior del códice Fl.*

§ 1.—Si talis interveniat iuvenis, cui praestanda sit restitutio, ipso postulante praestari debet, aut procuratori (1) eius, cui id ipsum nominatim mandatum sit; qui vero generale mandatum de universis negotiis gerendis alleget, non debet audiri.

**26**. Paulus *libro XI. ad Edictum.*—Quodsi de speciali mandatu dubitetur, quum restitutio postuletur (2), interposita stipulatione ratam rem dominum habiturum, rei potest mederi.

§ 1.—Quodsi is, qui circumscripsisse dicitur, absit, defensor eius satis iudicatum solvi dare debebit.

**27**. Gaius *libro IV. ad Edictum provinciale.*—Patri pro filio omnimodo praestanda restitutio est, licet filius restitui nolit, quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur. Ex quo apparet, ceteros agnatos (3) vel affines alterius esse conditionis, nec aliter audiri oportere, quam si ex voluntate adolescentis postulent, aut eius vitae sit iste adolescens, ut merito etiam bonis ei debeat interdici.

§ 1.—Si pecuniam, quam mutuam minor accepit, dissipavit, denegare debet Proconsul creditori adversus eum actionem. Quodsi egenti minor crediderit, ulterius procedendum non est, quam ut iubeatur iuvenis actionibus suis, quas habet adversus eum, cui ipse credidisset, cedere creditori suo. Praedium quoque si ex ea pecunia pluris, quam oporteret, emit, ita temperanda res erit, ut iubeatur venditor reddito pretio recuperare (4) praedium, ita ut sine alterius damno etiam creditor a iuvene suum consequatur. Ex quo scilicet simul intelligimus, quid observari oporteat, si sua pecunia pluris, quam oportet, emerit; ut tamen hoc et superiore casu venditor, qui pretium reddidit, etiam usuras, quas ex ea pecunia percepit aut percipere potuit, reddat, et fructus, quibus locupletior factus est iuvenis, recipiat. Item ex diverso, si minore pretio, quam oportet, vendiderit adolescens, emtor quidem iuberi debebit praedia cum fructibus restituere, iuvenis autem eatenus ex pretio reddere, quatenus ex ea pecunia locupletior est.

§ 2.—Si minor annis vigintiquinque sine causa debitori acceptum tulerit, non solum in ipsum, sed et in fideiussores et in pignora actio restitui debet; et, si ex duobus reis alteri acceptum tulerit, in utrumque restituenda est actio.

§ 3.—Ex hoc intelligimus, si damnosam sibi novationem fecerit, forte si ab idoneo debitore ad inopem novandi causa transtulerit obligationem, oportere eum in priorem debitorem restitui.

§ 4.—Adversus eos quoque restitutio praestanda est, quorum de dolo agere non permittitur; nisi quaedam personae speciali lege exceptae sint (5).

(1) *Fl. según reciente corrección, Br.;* procuratore, *Taur.*
(2) *Taur.;* postularetur, *Fl., Br.*
(3) *Taur.;* cognatos, *Fl. según corrección Br.*

§ 1.—Si se presentara un joven tal, que á él se le haya de conceder la restitución, pidiéndola él mismo, se le ha de dar á él, ó á procurador suyo á quien especialmente se hubiere esto mismo encomendado; mas el que alegare mandato general para administrar todos los negocios, no debe ser oído.

**26**. Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XI.*—Pero si se dudara del mandato especial, cuando se reclamase la restitución, interpuesta la estipulación de que el señor habrá de ratificar la cosa, puede ponerse remedio al caso.

§ 1.—Mas si aquel, que se dice que engañó, estuviera ausente, su defensor deberá dar caución de que se pague lo juzgado.

**27**. Gayo; *Comentarios al Edicto provincial, libro IV.*—De todos modos se ha de conceder al padre, en representación del hijo, la restitución, aunque el hijo no quisiera ser restituido, porque se trata de un riesgo del padre, que está obligado por el peculio. De lo que resulta, que los demás agnados ó afines son de otra condición, y no deben ser oídos de otro modo que si reclamaran por voluntad del adolescente, ó que este adolescente sea de vida tal, que con razón deba prohibírsele hasta la administración de sus bienes.

§ 1.—Si un menor disipó el dinero que recibió prestado, debe el Procónsul denegar al acreedor la acción contra él. Pero si el menor se lo hubiere prestado á alguien que lo necesitaba, no se ha de ir más allá de mandar al joven que ceda á su acreedor sus propias acciones, que tiene contra aquel á quien él mismo hubiese prestado. También si con este dinero compró un predio en más de lo que convenía, se habrá de arreglar la cosa de modo que se mande al vendedor, que, devuelto el precio, recupere el predio, de tal suerte que sin perjuicio de otro también el acreedor consiga del joven lo suyo. Por lo que, entendemos ciertamente al mismo tiempo, qué deba observarse, si hubiere comprado con su dinero en más de lo que conviene; pero de manera que en este y en el caso anterior, el vendedor que devolvió el precio, devuelva también los intereses que de aquel dinero percibió ó pudo percibir, y reciba los frutos con que el joven se hizo más rico. Asimismo, por el contrario, si el adolescente hubiere vendido por menos precio del que conviene, deberá ciertamente mandarse al comprador que restituya los predios con los frutos, pero al menor, que devuelva del precio tan solo cuanto por aquel dinero es más rico.

§ 2.—Si un menor de veinticinco años hubiere sin causa alguna dado por quito á su deudor, debe restituírsele la acción no solo contra este mismo, sino también contra los fiadores y contra las prendas; y si de dos deudores hubiere dado por quito á uno, se ha de restituir la acción contra ambos.

§ 3.—De aquí inferimos, que si hubiere hecho una novación perjudicial para él, quizá si por causa de novación hubiere transferido de un deudor abonado á otro insolvente la obligación, debe obtener él la restitución contra el primer deudor.

§ 4.—También se ha de conceder la restitución contra aquellos por cuyo dolo no es permitido reclamar; á menos que sean ciertas personas exceptuadas por una ley especial.

(4) recipere, *acertadamente Hal.*
(5) ut pater et patronus, *añade Hal.*

**28.** Celsus *libro II. Digestorum.* — Quum minor quam quinque et viginti annis adversus eum, cum quo tutelae egit, restituitur, non ideo tutori contrarium tutelae iudicium restituendum est.

**29.** Modestinus *libro II. Responsorum.*—Etiam si patre eodemque tutore auctore pupillus captus probari possit, curatorem postea ei datum nomine ipsius in integrum restitutionem postulare non prohiberi.

§ 1.—Ex causa curationis condemnata pupilla adversus unum caput sententiae restitui volebat, et quia videtur in ceteris litis speciebus relevata fuisse, actor maior aetate, qui acquievit tunc temporis sententiae, dicebat totam debere litem restaurari (1); Herennius (2) Modestinus respondit, si species, in qua pupilla in integrum restitui desiderat, ceteris speciebus non cohaeret, nihil proponi, cur a tota sententia recedi actor postulans audiendus est.

§ 2.—Si hereditate patris aetatis beneficio in integrum restitutus abstinuit se, nemine de creditoribus paternis praesente vel ad agendum a Praeside evocato, an ea restitutio recte facta videatur, quaeritur; Herennius Modestinus respondit, quum non evocatis creditoribus in integrum restitutionis decretum interpositum proponatur, minime id creditoribus praeiudicasse.

**30.** Papinianus *libro III. Quaestionum.*—Si filius emancipatus contra tabulas non accepta possessione, post inchoatam restitutionis quaestionem legatum ex testamento patris maior vigintiquinque annis petiisset, liti renuntiare videtur, quum, etsi bonorum possessionis tempus largiretur, electo iudicio defuncti, repudiatum beneficium Praetoris existimaretur.

**31.** Idem *libro IX. Responsorum.* — Si mulier, postquam heres extitit, propter aetatem abstinendi causa in integrum restituta fuerit, servos hereditarios ex fideicommisso ab ea recte manumissos retinere libertatem respondi; nec erunt cogendi viginti aureos pro libertate retinenda dependere, quam iure optimo consecuti videntur. Nam etsi quidam ex creditoribus pecuniam suam (3) ante restitutionem ab ea recuperassent, ceterorum querela contra eos, qui acceperunt, ut pecunia communicetur, non admittetur.

**32.** Paulus *libro I. Quaestionum.* — Minor vigintiquinque annis adito Praeside ex adspectu corporis falso probavit perfectam aetatem; curatores, quum intellexissent esse minorem, perseveraverunt in administratione; medio tempore post probatam aetatem ante impletum vicesimum quintum annum solutae sunt adolescenti pecuniae debitae, easque male consumsit; quaero,

(1) *Fl. según reciente corrección, Br.;* restaurare, *Taur.*
(2) Herennius, *omítela la Vulg.*

**28.** Celso; *Digesto, libro II.*—Cuando un menor de veinticinco años obtiene la restitución contra aquel con quien litigó por razón de su tutela, no por esto ha de restituirse al tutor la acción contraria de tutela.

**29.** Modestino; *Respuestas, libro II.*—Aunque se pueda probar que el pupilo fué engañado autorizando el acto su padre y al mismo tiempo tutor, no se prohibe que el curador que después se le nombró pida á nombre del mismo la restitución por entero.

§ 1.—Condenada una pupila por causa de su curatela, quería obtener la restitución contra un capítulo de la sentencia, y porque parece que había sido favorecida en los demás particulares del pleito, el actor, mayor de edad, que consintió al tiempo de la sentencia, decía que debía reponerse todo el litigio; Herennio Modestino respondió, que si el particular respecto del que la pupila solicita ser restituida por entero no tiene conexión con los demás particulares, no se alegaba nada por lo que haya de ser oído el actor que pedía quedar desobligado de toda la sentencia.

§ 2.—Si uno se abstuvo de la herencia de su padre habiendo obtenido la restitución por entero por beneficio de la edad, no hallándose presente ninguno de los acreedores de su padre, ó no habiendo sido citado por el Presidente para mostrarse parte, se pregunta si esta restitución parecerá debidamente hecha; Herennio Modestino respondió, que como se suponía que sin haberse citado á los acreedores se había dado el decreto de la restitución por el todo, en manera ninguna había perjudicado éste á los acreedores.

**30.** Papiniano; *Cuestiones, libro III.*—Si un hijo emancipado, no habiendo recibido la posesión contra el testamento, después de incoada la cuestión de la restitución hubiese pedido, siendo mayor de veinticinco años, un legado en virtud del testamento de su padre, se entiende que renuncia al pleito, pues aunque hubiese tiempo para la posesión de bienes, se estimaría rechazado el beneficio del Pretor, habiéndose preferido la voluntad del difunto.

**31.** El mismo; *Respuestas, libro IX.*—Si una mujer, después que fué heredera, hubiere obtenido por razón de la edad la restitución por el todo para abstenerse, respondí que retenían su libertad los esclavos de la herencia manumitidos debidamente por ella en virtud de fideicomiso; y no habrán de ser obligados á satisfacer los veinte aúreos para retener la libertad, que se entiende la consiguieron por derecho óptimo. Porque aunque algunos de los acreedores hubiesen recuperado de ella antes de la restitución su dinero, no se admitirá contra los que lo recibieron la querella de los demás, para que se reparta el dinero.

**32.** Paulo; *Cuestiones, libro I.*—Un menor de veinticinco años, habiéndose presentado al Presidente, probó falsamente por el aspecto de su cuerpo ser de edad perfecta; los curadores, habiendo sabido que era menor, perseveraron en la administración; en el tiempo medio, después de probada la edad, antes de cumplido el vigésimo quinto año se pagaron al adolescente cantidades

(3) *Br.*; suam, *Taur.*

cuius sit periculum? et quid, si curatores quoque (1) in eodem errore perseverassent, ut putarent maiorem esse, et abstinuissent se ab administratione (2), curationem etiam restituissent, an periculum temporis, quod post probatam aetatem cessit (3), ad eos pertineat? Respondi: hi, qui debita exsolverunt, liberati iure ipso non debent iterum conveniri; plane curatores, qui scientes eum minorem esse, perseveraverunt in eodem officio, non debuerunt eum pati accipere pecunias debitas, et debebunt hoc nomine conveniri. Quodsi et ipsi decreto Praesidis crediderunt et administrare cessaverunt, vel etiam rationem reddiderunt, similes sunt ceteris debitoribus, ideoque non conveniuntur.

adeudadas, y las malgastó; pregunto, ¿de quién será el riesgo? ¿y qué se hará, si también los curadores hubiesen perseverado en el mismo error de juzgar que era mayor, y se hubiesen abstenido de la administración, y también hubiesen restituído la curatela, acaso les incumbirá á ellos el riesgo del tiempo que transcurrió después de probada la edad? Respondí, que aquellos que pagaron sus deudas, habiendo quedado libres de derecho, no deben ser demandados segunda vez; pero los curadores que sabiendo que aquél era menor perseveraron en el mismo cargo, no debieron consentir que él recibiese las cantidades adeudadas, y deberán por esta razón ser demandados. Pero si también ellos dieron crédito al decreto del Presidente y cesaron de administrar, ó si también rindieron cuentas, son semejantes á los demás deudores, y no son por lo tanto demandados.

**33.** Aburnius (4) Valens *libro VI.* (5) *Fideicommissorum.* — Si minor vigintiquinque annis servum suum, qui pluris est (6), quam in testamento ei legatum sit, manumittere rogatus fuerit, et legatum acceperit, non cogendum praestare libertatem, si legatum reddere paratus sit; Iulianus respondit, ut, quemadmodum maioribus liberum sit non accipere, si nolint manumittere, sic huic reddenti legatum necessitas manumittendi remittatur.

**33.** Aburnio Valente; *Fideicomisos, libro VI.* —Si se hubiere rogado á un menor de veinticinco años que manumita un esclavo suyo, que vale más que lo que se le haya legado en el testamento, y hubiere aceptado el legado, no se le habrá de obligar á dar la libertad, si estuviere pronto á devolver el legado; Juliano respondió, que así como los mayores tienen libertad para no aceptar, si no quisieran manumitir, así á éste que devuelve el legado se le dispensa la necesidad de manumitir.

**34.** Paulus *libro I. Sententiarum.* — Si minor vigintiquinque annis filiofamilias minori pecuniam credidit, melior est causa consumentis, nisi locupletior ex hoc inveniatur litis contestatae tempore is, qui accepit.

§ 1.—Minores, si in iudicem compromiserunt et tutore auctore stipulati sunt, integri (7) restitutionem adversus talem obligationem iure desiderant.

**34.** Paulo; *Sentencias, libro I.*—Si un menor de veinticinco años prestó dinero á un hijo de familia, también menor, es mejor la causa del que lo gasta, á no ser que por razón de él se halle más rico al tiempo de ser contestada la demanda el que lo recibió.

§ 1.—Los menores, si se comprometieron respecto á un juez, y estipularon con autoridad del tutor, con derecho pretenden la restitución por entero contra tal obligación.

**35.** Hermogenianus (8) *libro I. Iuris Epitomarum* (9). —Si in emtionem penes se collatam (10) minor adiectione (11) ab alio superetur, implorans in integrum restitutionem audietur, si eius interesse emtam ab eo rem fuisse approbetur, veluti quod maiorum eius fuisset, ita tamen, ut id, quod ex licitatione accessit, ipse offerat venditori.

**35.** Hermogeniano; *Epitome del Derecho, libro I.*—Si un menor fuese vencido por otro por aumento de precio respecto á la cosa comprada puesta en su poder, implorando la restitución por entero será oído, si se probare que le interesaba haber comprado la cosa, por ejemplo, porque había sido de sus mayores, pero con tal que él ofrezca al vendedor lo que se aumentó por la licitación.

**36.** Paulus *libro V. Sententiarum.*—Minor vigintiquinque annis omissam allegationem per in integrum restitutionis auxilium repetere potest.

**36.** Paulo; *Sentencias, libro V.* — El menor de veinticinco años puede repetir la alegación que hubiere omitido, utilizando el beneficio de la restitución por entero.

**37.** Tryphoninus *libro III. Disputationum.*— Auxilium in integrum restitutionis exsecutionibus poenarum paratum non est; ideoque iniuriarum iudicium semel omissum repeti non potest.

§ 1.—Sed et in sexaginta diebus praeteritis, in quibus iure mariti sine calumnia vir accusare mulierem adulterii potest, denegatur ei in integrum restitutio; quod ius omissum si nunc repetere vult,

**37.** Trifonino; *Disputas, libro III.* — El beneficio de la restitución por entero no está concedido para la ejecución de las penas; y por tanto, una vez abandonada la acción de injurias no puede repetirse.

§ 1.—Pero transcurridos los sesenta días, durante los que por derecho marital puede sin calumnia acusar el marido de adulterio á su mujer, se le deniega también la restitución por el todo; por-

(1) eodem modo, *inserta Hal.*
(2) ut putarent—administratione, *omitelas Hal.*
(3) intercessit, *Hal. Vulg.*
(4) Calphurnius, *Vulg.*
(5) V., *Hal.*
(6) *Hal. Vulg.;* est, *omitela Fl.*

(7) in integrum, *Vulg.*
(8) Hermogenes, *Vulg.*
(9) libro I. ἐπιτομῶν, *Hal.*
(10) collocatam, *Hal.*
(11) addictione, *Vulg.*

quid aliud, quam delicti veniam, id est calumniae, deprecatur? Et quum neque in delictis, neque in (1) calumniatoribus Praetorem succurrere oportere certi iuris sit, cessabit in integrum restitutio. In delictis autem minor annis vigintiquinque non meretur in integrum restitutionem, utique atrocioribus, nisi quatenus interdum miseratio aetatis ad mediocrem poenam iudicem produxerit. Sed ut ad legis Iuliae de adulteriis coërcendis praecepta veniamus, utique nulla deprecatio adulterii poenae est, si se minor annis adulterum fateatur. Dixi (2), nec si quid eorum commiserit, quae pro adulterio eadem lex punit, veluti si adulterii damnatam sciens uxorem duxerit, aut in adulterio deprehensam uxorem non dimiserit, quaestumve de adulterio uxoris fecerit, pretiumve pro comperto stupro acceperit, aut domum praebuerit ad stuprum adulteriumve in eam committendum; et non sit (3) aetatis excusatio adversus praecepta legum ei, qui dum leges invocat, contra eas committit.

que abandonado este derecho, si ahora quiere volver á ejercitarlo, ¿qué otra cosa pide sino la venia de un delito, esto es, de la calumnia? Y como sea de derecho cierto, que ni en los delitos, ni respecto de los calumniadores debe auxiliar el Pretor, dejará de tener lugar la restitución por el todo. Pero el menor de veinticinco años no merece la restitución por el todo en los delitos, ciertamente más atroces, á no ser que alguna vez la conmiseración de la edad hubiere llevado al juez á minorar la pena. Pero viniendo á los preceptos de la ley Julia sobre correción de los adulterios, no hay ciertamente lugar á ninguna súplica de la pena del adulterio, si el menor de edad se confesara adúltero. Dije, que tampoco si hubiere hecho alguna de las cosas que la misma ley castiga como adulterio, por ejemplo, si á sabiendas se hubiere casado con mujer condenada por adulterio, ó no hubiere repudiado á su mujer cogida en adulterio, ó hubiere hecho ganancia con el adulterio de su mujer, ó hubiere recibido precio por un estupro manifiesto, ó hubiere facilitado casa para que en ella se cometiera un estupro ó un adulterio; y no tenga la excusa de la edad contra los preceptos de las leyes, el que mientras invoca las leyes peca contra ellas.

38. PAULUS *libro I. Decretorum.* — Aemilius Larianus (4) ab Ovinio fundum Rutilianum (5) lege commissoria emerat data parte pecuniae, ita ut, si intra duos menses ab emtione reliqui pretii partem dimidiam non solvisset, inemtus esset, item, si intra alios duos menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemtus; intra priores duos menses Lariano defuncto Rutiliana pupillaris aetatis successerat, cuius tutores in solutione cessaverunt; venditor denuntiationibus tutoribus saepe datis post annum eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat; pupilla in integrum restitui desiderabat; victa tam apud Praetorem, quam apud Praefectum Urbi provocaverat. Putabam bene iudicatum, quod pater eius, non ipsa contraxerat. Imperator autem (6) motus est, quod dies committendi in tempus pupillae incidisset, eaque effecisset, ne pareretur legi venditionis. Dicebam posse magis ea ratione restitui eam, quod venditor denuntiando post diem, quo placuerat esse commissum, et pretium petendo recessisse a lege sua videretur; non me moveri, quod dies postea transiisset, non magis, quam si creditor pignus distraxisset post mortem debitoris, die solutionis finita; quia tamen lex commissoria displicebat ei, pronuntiavit in integrum restituendam. Movit etiam illud Imperatorem, quod priores tutores, qui non restitui desiderassent, suspecti pronuntiati erant.

38. PAULO; *Decretos, libro I.* — Con pacto comisorio, habiendo dado parte del dinero, Emilio Lariano había comprado á Ovinio el fundo Rutiliano, con la condición de que, si dentro de dos meses de la compra no hubiese pagado la mitad del precio restante, se tuviese por no comprado, así como que si dentro de otros dos meses no hubiese entregado el resto del precio, se tuviese igualmente por no comprado; fallecido Lariano dentro de los dos primeros meses, habíale sucedido Rutiliana, de edad pupilar, cuyos tutores dejaron de verificar el pago; el vendedor, habiendo dado muchas veces aviso á los tutores, después de un año había vendido la misma posesión á Claudio Telémaco; la pupila deseaba ser restituida por entero; vencida así ante el Pretor, como ante el Prefecto de la Ciudad, había apelado. Yo opinaba que se había juzgado bien, porque había contratado su padre, no ella misma. Mas el Emperador se inclinó á otra cosa, porque el día de cumplirse la condición había llegado en el tiempo de la pupila, y ésta había hecho que no se cumpliese el pacto de la venta. Decía yo que podía más bien ser ella restituida por esta razón, porque el vendedor, avisando después del día en que se había convenido llegase el comiso, y pidiendo el precio, parecía que se había apartado de su propio pacto; y no me movía el que después hubiese transcurrido el día, no de otra suerte que si el acreedor hubiese enajenado la prenda después de la muerte del deudor, transcurrido el día del pago; mas porque le desagradaba el pacto comisorio, sentenció que debía ser restituida por el todo. Movió también al Emperador el que los primeros tutores, que no habían solicitado ser restituidos, habían sido declarados sospechosos.

§ 1.—Quod dicitur, non solere filiisfamilias post emancipationem adhuc minoribus succurri in his, quae omisissent manentes in potestate, tunc recte dicitur, quum patri acquirere possunt.

§ 1.—Lo que se dice de que después de la emancipación no se suele auxiliar á los hijos de familia, aun menores, en aquellas cosas que hubiesen omitido cuando estaban bajo potestad, se dice rectamente cuando pueden adquirir para el padre.

(1) nec, (*omitiendo* in), *Hal.;* calumniationibus, *otros en Br.*
(2) Sed, (*en lugar de* Dixi), *Hal.*
(3) fit, *Hal.*
(4) *Otros en Hal.*, Largianus.

(5) Puteolanum, *Hal. Vulg.*
(6) Antoninus, *inserta la Vulg.*

**39.** SCAEVOLA *libro II. Digestorum.*—Intra utile tempus restitutionis apud Praesidem petierunt in integrum restitutionem minores, et de aetate sua probaverunt; dicta pro aetate sententia, adversarii, ut impedirent cognitionem Praesidis, ad Imperatorem appellarunt; Praeses in eventum appellationis cetera cognitionis distulit; quaesitum est, si finita appellationis apud Imperatorem cognitione, et iniusta appellatione pronuntiata, egressi aetatem deprehendantur, an cetera negotii implere possunt, quum per eos non steterit, quo minus res finem accipiat? Respondi, secundum ea, quae proponuntur, perinde cognosci, atque si nunc intra aetatem essent.

**39.** SCÉVOLA; *Digesto, libro II.* — Dentro del tiempo util de la restitución pidieron unos menores ante el Presidente la restitución por entero, y probaron su edad; pronunciada sentencia á favor de la edad, sus adversarios, para impedir el conocimiento del Presidente, apelaron al Emperador; el Presidente difirió el conocimiento de lo demás hasta el resultado de la apelación; se preguntó, si concluido el conocimiento de la apelación ante el Emperador, y declarada injusta la apelación, se hallaren haber salido de la edad, ¿puede acaso concluirse el conocimiento de lo demás del negocio, no habiendo consistido en ellos que la cuestión no llegase á su término? Respondí, que, según lo que se propone, se conocia lo mismo que si estuviesen todavía dentro de la edad.

§ 1.—Vendentibus curatoribus minoris fundum emtor extitit Lucius Titius et sex fere annis possedit, et longe longeque rem meliorem fecit; quaero, quum sint idonei curatores, an minor adversus Titium emtorem in integrum restitui possit? Respondi, ex omnibus, quae proponerentur, vix esse eum restituendum, nisi si maluerit omnes expensas, quas bona fide emtor fecisse approbaverit, ei praestare, maxime quum sit ei paratum promtum auxilium, curatoribus eius idoneis constitutis.

§ 1.—Vendiendo los curadores un fundo de un menor, quedó Lucio Ticio comprador, y lo poseyó cerca de seis años, y lo mejoró mucho y mucho; pregunto, siendo abonados los curadores, ¿podrá el menor ser restituido por entero contra el comprador Ticio? Respondí, que por todo lo que se proponia dificilmente ha de ser restituido, á no ser que hubiere preferido satisfacer al comprador de buena fe todos los gastos que hubiere probado haber hecho, mayormente teniendo preparado pronto auxilio, por hallarse ser abonados sus curadores.

**40.** ULPIANUS *libro V.* (1) *Opinionum.*—Minor annis vigintiquinque, cui fideicommissum solvi pronuntiatum erat, caverat, id se accepisse, et cautionem eidem debitor quasi creditae pecuniae fecerat; in integrum restitui potest, quia partam (2) ex causa iudicati persecutionem novo contractu ad initium alterius petitionis redegerat.

**40.** ULPIANO; *Opiniones, libro V.* — Un menor de veinticinco años, á cuyo favor se habia dado sentencia para que se le pagara un fideicomiso, habia dado caución de haberlo recibido, y el deudor le habia dado al mismo caución como de dinero prestado; puede ser restituido por el todo, porque por el nuevo contrato habia reducido al principio de distinta petición la reclamación nacida por causa de lo juzgado.

§ 1.—Praedia patris sui minor annis vigintiquinque ob debita rationis tutelae aliorum, quam pater administraverat, in solutum inconsulte dedit; ad suam aequitatem per in integrum restitutionem revocanda res est, usuris pecuniae, quam constiterit ex tutela deberi, reputatis et cum quantitate fructuum perceptorum compensatis.

§ 1.—Un menor de veinticinco años dió inconsideradamente los predios de su padre en pago de deudas de la cuenta de una tutela de otros, que su padre habia administrado; esto debe ser revocado por la restitución por entero, conforme á la equidad de la cosa, computados los intereses del dinero, que hubiere constado deberse por la tutela, y compensados con la cantidad de los frutos percibidos.

**41.** IULIANUS *libro XLV.* (3) *Digestorum.* — Si iudex circumvento in venditione adolescenti iussit fundum restitui, eumque pretium emtori reddere, et hic nolit uti (4) hac in integrum restitutione, poenitentia acta exceptionem utilem adversus petentem pretium, quasi ex causa iudicati, adolescens habere poterit, quia unicuique licet contemnere haec, quae pro se introducta sunt. Nec queri poterit venditor (5), si restitutus fuerit in eam causam, in qua se ipse constituit, et quam mutare non potuisset, si minor auxilium Praetoris non implorasset.

**41.** JULIANO; *Digesto, libro XLV.* — Si el juez mandó que se restituyese un fundo al adolescente engañado en la venta, y que él devolviese el precio al comprador, si el menor no quisiera hacer uso de esta restitución por el todo, podrá el adolescente, arrepintiéndose de lo hecho, tener una excepción util contra el que reclame el precio, como por causa de cosa juzgada, porque á cada cual es licito menospreciar aquello que en su favor se estableció. Y no podrá quejarse el vendedor, si hubiere sido restituido á aquel estado en que él mismo se constituyó, y que no habria podido mudar, si el menor no hubiese implorado el auxilio del Pretor.

**42.** ULPIANUS *libro II. de officio Proconsulis.*—Praeses provinciae minorem in integrum restituere potest etiam contra suam, vel decessoris (6) sui sententiam; quod enim appellatio interposita maioribus praestat, hoc beneficio aetatis consequuntur minores.

**42.** ULPIANO; *Del cargo de Procónsul, libro II.* —El Presidente de la provincia puede restituir por entero á un menor, aun contra su propia sentencia, ó la de su antecesor; porque lo que la apelación interpuesta concede á los mayores, lo consiguen los menores por beneficio de la edad.

(1) VI., *Hal.*
(2) paratam, *Vulg.*
(3) XXV., *Hal.*

(4) *Hal. Vulg.;* uti, *omitela Fl.*
(5) emtor, *otros en Br.*
(6) praedecessoris, *Vulg.*

**43.** MARCELLUS (1) *libro I. de officio Praesidis.*—De aetate eius, qui se maiorem annis vigintiquinque dicit, causa cognita probandum est, quia per eam probationem in integrum restitutioni eiusdem adolescentis et aliis causis praeiudicatur.

**44.** ULPIANUS *libro V. Opinionum.*—Non omnia, quae minores annis vigintiquinque gerunt, irrita sunt, sed ea tantum, quae causa cognita eiusmodi deprehensa sunt; vel (2) ab aliis circumventi, vel sua facilitate decepti aut quod habuerunt, amiserunt, aut quod acquirere emolumentum potuerunt, omiserint, aut se oneri, quod non suscipere licuit, obligaverunt.

**45.** CALLISTRATUS *libro I. Edicti monitorii.*—Etiam ei, qui priusquam nasceretur, usucaptum amisit, restituendam actionem Labeo scribit.

§ 1. [**46.**]—Imperator Titus Antoninus rescripsit (3), eum, qui fraude tutoris adversarium suum diceret absolutum, et agere cum eo ex integro vellet, licentiam habere prius cum tutore agere.

**46.** [**47.**] PAULUS *libro II. Responsorum.*—Eum, qui ex sua voluntate minorem annis in iudicio defendit, et condemnatus est, ex causa iudicati posse conveniri, nec eius, quem defendit, aetatem ad restitutionem impetrandam ei prodesse, quum causam iudicati recusare non possit. Ex quo apparet, nec eum, cuius nomine condemnatus est, auxilium restitutionis propter eam sententiam implorare posse.

**47.** [**48.**] SCAEVOLA *libro I. Responsorum.*—Tutor urgentibus creditoribus rem pupillarem bona fide vendidit, denuntiante tamen matre et (4) emtoribus, quaero, quum urgentibus creditoribus distracta sit, nec de sordibus tutoris merito quidpiam dici potest, an pupillus in integrum restitui potest? Respondi, cognita causa aestimandum, nec idcirco, si iustum sit restitui, denegandum id auxilium, quod tutor delicto vacaret.

§ 1.—Curator adolescentium praedia communia sibi et his, quorum curam administrabat, vendidit; quaero, si decreto Praetoris adolescentes in integrum restituti fuerint, an eatenus venditio rescindenda sit, quatenus adolescentium pro parte fundus communis fuit? Respondi, catenus rescindi, nisi si emtor a toto contractu velit discedi, quod partem emturus non esset. Item quaero, emtor utrum a Seio et Sempronio pupillis (5) pretium cum usuris recipere deberet, an vero ab herede curatoris? Respondi, heredes quidem curatoris teneri, verum in Seium et Sempronium pro parte, qua eorum fundus fuit, actiones dandas, utique si ad eos accepta pecunia pro eadem parte pervenisset.

(1) Macer, *Hal.*
(2) ut, (*en lugar de* vel)—amiserint—obligaverint, *Hal.*
(3) Imperatores Titus et Antoninus rescripserunt, *la Vulg., la cual comienza aquí el fragmento 46.*
(4) et, *omítenla Hal. Vulg.*

**43.** MARCELO; *Del cargo de Presidente, libro I.*—Se ha de hacer prueba con conocimiento de causa sobre la edad del que dice ser mayor de veinticinco años, porque por esta prueba se perjudica á la restitución por el todo del mismo adolescente, y á otras causas.

**44.** ULPIANO; *Opiniones, libro V.*—No todas las cosas que ejecutan los menores de veinticinco años son nulas, sino tan solo aquellas que, previo conocimiento de causa, se viere que son tales; como si engañados por otros, ó defraudados por su propia facilidad, ó perdieron lo que tuvieron, ó hubieren dejado de alcanzar el emolumento que pudieron adquirir, ó se obligaron á una carga que no les fué lícito imponerse.

**45.** CALISTRATO; *Del Edicto monitorio, libro I.*—Escribe Labeon, que también á aquel que antes de nacer perdió usucapida alguna cosa se le ha de restituir la acción.

§ 1. [**46.**]—El Emperador Tito Antonino contestó por rescripto, que el que dijese que su adversario había sido absuelto por fraude de su tutor, y quisiera reclamar contra él la restitución por el todo, tiene licencia para reclamar primeramente contra su tutor.

**46.** [**47.**] PAULO; *Respuestas, libro II.*—Aquel que por su propia voluntad defendió en juicio á un menor de edad, y fué condenado, puede ser demandado por razón de la cosa juzgada, y no le aprovecha para impetrar la restitución la edad de aquel á quien defendió, como quiera que no pueda rechazar la acción de cosa juzgada. De lo que aparece, que ni aquel, en cuyo nombre fué condenado, puede implorar por causa de esta sentencia el auxilio de la restitución.

**47.** [**48.**] SCÉVOLA; *Respuestas, libro I.* — Un tutor vendió de buena fe, á acreedores que apremiaban, una cosa de su pupilo, manifestando, sin embargo, la madre á él y á los compradores su oposición; pregunto, ¿habiendo sido vendida por apremiar los acreedores, y no pudiéndose decir con razón nada sobre sordidez del tutor, puede acaso el pupilo ser restituido por entero? Respondí, que debía apreciarse esto con conocimiento de causa, para que, si fuera justo que se restituya, no se haya de denegar este auxilio, precisamente porque el tutor no tuviese culpa.

§ 1.—El curador de unos adolescentes vendió unos predios comunes á él y á aquellos cuya curatela administraba; pregunto, si por decreto del Pretor hubieren sido restituidos en el todo los adolescentes, ¿se ha de rescindir la venta sólo por aquella parte en que el fundo fué comun á los adolescentes? Respondí, que se rescinde solo por ella, salvo si el comprador quisiera apartarse de todo el contrato, porque no hubiera de haber comprado una parte. También pregunto, ¿debería acaso el comprador recibir de los pupilos Seyo y Sempronio el precio con los intereses, ó bien del heredero del curador? Respondí, que verdaderamente los herederos del curador eran los obligados, pero que contra Seyo y Sempronio habían de darse acciones por la parte en que el fundo fué de ellos, á saber, si en la misma proporción hubiese llegado á ellos el dinero recibido.

(5) adolescentibus, (*omitiendo* pupillis), *Hal.*

**48.** [**49.**] Paulus *libro I.* (1) *Sententiarum.*— Minor se in id, quod fideiussit vel mandavit, in integrum restituendo reum principalem non liberat.

§ 1.—Minor ancillam vendidit; si eam emtor manumiserit, ob hoc in integrum restitui non poterit, sed adversus emtorem quanti sua interest actionem habebit.

§ 2.— Mulier minor vigintiquinque annis, si pactione dotis deterior conditio eius fiat, et tale pactum inierit, quod nunquam maioris aetatis constitutae paciscerentur, (2) atque ideo revocare velit, audienda est.

**49.** [**50.**] Ulpianus *libro XXXV.* (3) *ad Edictum.*—Si res pupillaris vel adolescentis distracta fuerit, quam lex distrahi non prohibet, venditio quidem valet, verumtamen si grande damnum pupilli vel adolescentis versatur, etiamsi collusio non intercessit, distractio per in integrum restitutionem revocatur.

**50.** [**51.**] Pomponius *libro IX. Epistolarum* (4) *et variarum Lectionum.*— Iunius (5) Diophantus Pomponio suo salutem. Minor vigintiquinque annis novandi animo intercessit pro eo, qui temporali actione tenebatur tunc, quum adhuc supererant decem dies, et postea in integrum restitutus est; utrum restitutio, quae creditori adversus priorem debitorem datur, decem dierum sit, an plenior? Ego didici, ex tempore in integrum restitutionis tantundem temporis praestandum, quantum supererat; tu quid de eo putas, velim rescribas. Respondit (6), sine dubio quod de temporali actione, in qua intercessit minor, sensisti, puto verius esse; ideoque et pignus, quod dederat prior debitor, manet obligatum.

## TIT. V

### DE CAPITE MINUTIS

**1.** Gaius *libro IV. ad Edictum provinciale.*— Capitis minutio (7) est (8) status permutatio.

**2.** Ulpianus *libro XII.* (9) *ad Edictum.* — Pertinet hoc Edictum ad eas capitis deminutiones, quae salva civitate contingunt; ceterum sive amissione civitatis, sive libertatis amissione contingat capitis deminutio, cessabit Edictum, neque possunt hi penitus conveniri; dabitur plane actio in eos, ad quos bona pervenerunt eorum.

§ 1.—Ait Praetor: Qui quaeve, posteaquam quid cum his actum contractumve sit, capite deminuti deminutae (10) esse dicentur, in eos easve perinde quasi id factum non sit, iudicium dabo.

§ 2.—Hi, qui capite minuuntur, ex his causis,

**48.** [**49.**] Paulo; *Sentencias, libro I.* — El menor, cuando es restituído por entero respecto de aquello que afianzó ó mandó, no libra de la obligación al principal obligado.

§ 1.—Un menor vendió una esclava; si el comprador la hubiere manumitido, no podrá ser por esto restituído por entero, pero tendrá contra el comprador acción por cuanto le importa la cosa.

§ 2.—La mujer menor de veinticinco años ha de ser oida, si por el pacto de la dote se hiciera peor su condición, y hubiere convenido un pacto tal, que nunca pactarían las constituídas en mayor edad, y por esto quisiera revocarlo.

**49.** [**50.**] Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXXV.*—Si se hubiere vendido una cosa de un pupilo ó de un adulto, que la ley no prohibe que se venda, la venta será ciertamente válida, pero, no obstante, si fuere en ella grande el perjuicio del pupilo ó del adolescente, aunque no haya mediado colusión, se revoca la enagenación por la restitución por entero.

**50.** [**51.**] Pomponio; *Epístolas y Doctrina de Autores varios, libro IX.* — Junio Diofanto á su amigo Pomponio, salud. Un menor de veinticinco años, con ánimo de hacer novación, afianzó por uno que estaba obligado por acción temporal, cuando todavía restaban diez días, y después fué restituído por el todo; ¿la restitución que se da al acreedor contra el primer deudor, será acaso por los diez días, ó por más? Yo aprendí, que respecto al tiempo de la restitución por entero debía concederse solamente tanto tiempo cuanto restaba; querría que me contestaras qué opinas de esto. Respondió, juzgo que sin duda es más verdadero lo que opinaste respecto á la acción temporal, en que intervino el menor; y por esto queda obligada también la prenda, que había dado el primer deudor.

## TITULO V

### DE LOS DISMINUÍDOS DE CABEZA

**1.** Gayo; *Comentarios al Edicto provincial, libro IV.* — La disminución de cabeza es la variación de estado.

**2.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XII.* — Refiérese este Edicto á aquellas disminuciones de cabeza que acontecen quedando salva la ciudadanía; de otra suerte, si la disminución de cabeza aconteciese ya por la pérdida de la ciudadanía, ya por la pérdida de la libertad, dejará de tener aplicación el Edicto, y en manera ninguna pueden estos ser demandados; pero, á la verdad, se dará acción contra aquellos á quienes fueron á parar sus bienes.

§ 1.—Dice el Pretor: «Contra aquellos ó aquellas »que se dijere que han sido disminuídos ó disminuídas de cabeza después que con ellos se trató ó »contrató alguna cosa, daré acción lo mismo que »si esto no hubiere sucedido».

§ 2.—Los que son disminuídos de cabeza,

(1) III., *Hal.; hállanse las palabras en Pauli Sentt. recc. I. 9. § 5.*
(2) constituta pacisceretur, *Hal.*
(3) XXV., *Hal.*
(4) ἐπιστολῶν, *Hal.*
(5) *Según reciente corrección Fl., Br.;* Inius, *Taur.*; Mitius, *otros en Hal.*

(6) *Así el texto; pero parece que debería leerse* Respondi.— *N. del T.*
(7) deminutio—mutatio, *Hal.*
(8) prioris, *inserta la Vulg.*
(9) XI., *Hal.*
(10) MINUTI MINUTAEVE, *Hal.*

quae capitis deminutionem praecesserunt, manent obligati naturaliter; ceterum si postea, imputare quis sibi debebit, cur contraxerit, quantum ad verba huius Edicti pertinet. Sed interdum si contrahatur cum his post capitis deminutionem, danda est actio. Et quidem, si arrogatus sit, nullus labor; nam perinde obligabitur ut filiusfamilias.

§ 3.—Nemo delictis exuitur, quamvis capite minutus sit.

§ 4.—Ei, qui debitorem suum arrogavit, non restituitur actio in eum, postquam sui iuris fiat.

§ 5.—Hoc iudicium perpetuum est, et in heredes, et heredibus datur.

**3.** Paulus *libro XI. ad Edictum.*—Liberos, qui arrogatum parentem sequuntur, placet minui caput (1), quum in aliena potestate sint, et quum familiam mutaverint.

§ 1.—Emancipato filio et ceteris personis capitis minutio (2) manifesto accidit, quum emancipari nemo possit, nisi in imaginariam servilem causam deductus. Aliter atque quum servus manumittitur, quia servile caput nullum ius habet, ideo (3) nec minui potest;

**4.** Modestinus *libro I. Pandectarum* (4). — eo die (5) enim incipit statum habere.

**5.** Paulus *libro XI. ad Edictum.* — Amissione civitatis fit capitis minutio, ut in aqua et igni interdictione.

§ 1.—Qui deficiunt, capite minuuntur; deficere autem dicuntur, qui ab his, quorum sub imperio sunt, desistunt (6) et in hostium numerum se conferunt; sed et hi, quos Senatus hostes iudicavit, vel (7) lege lata, utique usque eo, ut civitatem amittant.

§ 2.—Nunc respiciendum, quae capitis deminutione pereant; et primo de ea capitis deminutione, quae salva civitate accidit, per quam publica iura non interverti constat; nam manere Magistratum vel Senatorem vel iudicem certum est.

**6.** Ulpianus *libro LI.* (8) *ad Sabinum.* — Nam et cetera officia, quae publica sunt, in eo (9) non finiuntur; capitis enim minutio privata (10) hominis et familiae eius iura, non civitatis amittit.

**7.** Paulus *libro XI. ad Edictum.* — Tutelas etiam non amittit capitis minutio, exceptis his, quae in iure alieno personis positis (11) deferuntur. Igitur testamento dati, vel ex Lege, vel ex Senatusconsulto, erunt nihilominus tutores.

permanecen naturalmente obligados por aquellas causas que precedieron á su disminución de cabeza; pero si fueron posteriores, cada cual deberá imputarse á si mismo, porque hubiere contratado, cuanto respecta á las palabras de este Edicto. Pero á veces, si se contrata con estos después de la disminución de cabeza, se ha de dar acción. Y á la verdad, si fuere un arrogado, no hay dificultad; porque se obligará lo mismo que un hijo de familia.

§ 3.—Nadie se despoja de la responsabilidad de delitos, aunque haya sido disminuido de cabeza.

§ 4.—Al que arrogó á su deudor no se le restituye la acción contra éste, después que se haga de propio derecho.

§ 5.—Esta acción es perpétua, y se da asi contra los herederos, como á los herederos.

**3.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XI.* — Está establecido que los hijos que siguen al padre arrogado sean disminuidos de cabeza, como quiera que se hallen en ajena potestad, y hayan mudado de familia.

§ 1.—Emancipado un hijo, manifiestamente sobreviene también á las demás personas la disminución de cabeza, porque nadie puede ser emancipado, sino habiendo sido llevado á imaginaria condición servil. Y de distinta manera es cuando un esclavo es manumitido, porque una cabeza servil no tiene ningún derecho, y por tanto no puede ser disminuida;

**4.** Modestino; *Pandectas, libro I.* — porque en aquel dia comienza á tener estado.

**5.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XI.* — Por la pérdida de la ciudadania se produce disminución de cabeza, como por la interdicción del agua y del fuego.

§ 1.—Los que desiertan se disminuyen de cabeza; mas dícese que desiertan los que se alejan de aquellos bajo cuyo mando están, y se pasan al número de los enemigos; pero también aquellos á quienes el Senado juzgó enemigos, ó á quienes por ley promulgada se declaró tales, á saber, en tanto que pierdan la ciudadania.

§ 2.—Ahora se ha de ver qué cosas perecen con la disminución de cabeza; y en primer lugar respecto de aquella disminución de cabeza que sobreviene dejando salva la ciudadania, por la cual es sabido que no se pierden los derechos públicos; porque es cierto que se permanece siendo Magistrado, ó Senador, ó juez.

**6.** Ulpiano; *Comentarios á Sabino, libro LI.* — Porque tampoco se extinguen en este estado los demás cargos, que son públicos; pues la disminución de cabeza hace perder los derechos privados del hombre y de su familia, no los de ciudadania.

**7.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XI.* — La disminución de cabeza tampoco hace perder las tutelas, excepto aquellas que se defieren á personas puestas bajo la potestad de otro. Así, pues, los nombrados en testamento, ó por Ley, ó por

(1) capite, *Hal.*
(2) deminutio, *en todo el título, Hal.*
(3) *Taur.;* ideoque, *Fl. según reciente corrección, Br.*
(4) X., πανδεκτῶν, *Hal.*
(5) *Hal.;* hodie, *Fl.*
(6) desciscunt, *Vulg.*
(7) vel, *omítela Hal.*
(8) I., *Hal.*
(9) ideo, *la Vulg.*
(10) privati, *Hal.*
(11) non, *inserta Hal.*